

Johann Christian Scherer


## **Disputatio Iuridica De Litis Contestatione Et Iuramento Calumniae**

Giessae: Chemlinus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756690579>

Druck Freier  Zugang





N. N. 2 (149.)

1. Rivin, retractum legalem in latione locum non habere.
2. Rivin, an et quatenus mortis reus tormentis deus subijciendus sit?
3. Rivin, de clerico cambiante.
4. Arnold, de probatione per scripturam privatam.
5. Billeb, de iure divino sacris Impm. Exaltationibus et praepri-  
mis ordinatione ecclesiast. Pomeraniae,
6. Pinnius, de renunciationibus sacerdotum, praecipue inter  
illustres nobilesque Familias usitatis.
7. Zirnbach, de iure pupillarum singulari.
8. Zornmüller, de erroribus historicorum gentiliū in rebus  
sacris referendis.
9. Voigt, de presbytero legitimo ordinationis ministro et praes-  
cripto iuris divini et humani.
10. von Sprengel, de Fortitione
11. Steinwich, de iuribus civitatum.
12. Scherer, de reconventionem.
13. Scherer, de litis contest. et iuramento calumniae.
14. Wildvogel, de tutela dativa.
15. Wildvogel, an et quomodo princeps bonus bonis privato-  
rum promerere debeat?
16. Siefel, de iudice per accidens competente
17. Wildvogel, de commodato filii, ob cuius dote maritus contra Incuriam  
sua etiam quā Grabung quā involvatur.

18. Wildvogel, de statibus provincialibus, cum Rudolphi.
19. Wildvogel de tesora Fruventaria.
20. a Diefeldorf, de potestate statuum imperium protestanti-  
um circa matrimonia fabricatorum.
21. Ocelln, matrimonium <sup>cum</sup> infideli contradicens juri  
naturae.
22. Badin, de restringenda libertate matrimonii in-  
eundi una Cuiusdam Langsdor Congruit in Gaurwitzan
23. Bonhoeffer, de jure venandi & madum servitutis  
juris publici in territorio alieno ejusque usus abusu
24. Hahn, de pignoribus et hypothecis.
25. Hahn, de fideicommissis familiae,
26. Tabor, de constitutione repetitione et privilegio  
dotis.
27. Lemerer, de obfignatione judiciali.
28. Lincovius, de jure retentionis.
29. Lemerer ad disp. de jure cessu.
30. Lemerer, de jure cessu.
31. Lemerer, ad disp. de quaesitionibus.
32. Lemerer ad disp. de actionibus in rem.
33. Lemerer de actionibus in rem.
34. Schnabel, de fideiussoribus

XXX.

13

DISPUTATIO JURIDICA

De

LITIS CONTE-

STATIONE ET JURAMEN-

TO CALUMNIÆ

Quam

Divinâ aspirante gratiâ

EX

DECRETO ET AUTORITATE NOBI-

LISSIMI, ET AMPLISSIMI ICTORUM

ordinis in celeberrimâ Acade-

miâ Giesseñâ

Pro

Summo in utroq. jure gradu, & privilegiis Do-

ctoralibus consequendis

Publico examini subjiçit

JOHANNES CHRISTIANUS SCHERER

COBURGENSIS FRANC.

Ad diem 2. Novemb. in auditorio Ictorum, horis consuetis.



G I E S S Æ,

Typis exscribat CASPARUS CHEMLINUS.

M D C XX.

7.



ILLVSTRISSIMO, ET CELSIS-  
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,

*Domino,*

JOANNICASIMIRO,  
DUCI SAXONIÆ : JULIÆ : CLIVIÆ  
ET MONTIUM, LANDGRAVIO THURINGIÆ  
Marchioni Misniæ, Comiti Marchiæ, ac Ra-  
venspurgi, Domino in Ravenstein  
&c. Domino suo Cle-  
mentissimo

*In humilimam sui subjectionem hanc disputatio-  
nem inauguralem*

dedicat & offert

*Johannes Christianus Scherer.*



# DISPUTATIO JURIDICA

De

## LITIS CONTESTATIONE

Et juramento Calumniae.



U M in omni disciplina, praecipue vero juris prudentia rerum potior, verborum autem prior habeatur ratio l. 1. ff. de l. & l. 1. §. 1. ff. de suspect. tur. l. 1. ff. de reb. cred. primò igitur agendum est de notatione nominis.

2. Litis itaque contestationis vocabulum deducitur à lite & contestatione. Litis autem verbum est ὁμωνυμον. Primò enim omnem actionem significat sive in rem, sive in personam l. 36. de V. S. Sed in hac significatione hoc loco non sumitur, quia per litem contestationem actio perpetuatur. l. ult. C. de praescript. 30. & 40. ann. Secundò significat rem ipsam actione petitam. Sed nec in hoc significato hic accipi potest, cum litem contestatione res demum fit litigiosa l. 2. & r. t. C. de litigios. Et quanquam Bald. ad l. 16. C. de transact. Alciat. & God. ad l. 36. de V. S. n. 6. & 7. putant non modo ante litem contestationem, sed etiam antequam reus in jus vocetur, litem esse, tum per d. l. 36. tum etiam quod litem & actio pro eodem accipiuntur, ut patet ex collatione l. litem nulla ff. de judic. & l. cum ferro ff. de R. 1. Verius tamen est proprie litem non esse antequam contestatur litem, sed tantum controversiam per. l. §. in prin. ff. de petit. hered. & l. 25. §. si ante 7. ff. eod. Marant. p. 5. n. 64. Ampliùs. Dn. Bocer. praeceptor meus honorandus, Class. 6. disp. 20. §. 11. Cujac. 9. obs. 21. Covar. pract. quest. 15. n. 6.

3. Tertiò litem verbum ipsam instantiam iudicii denotat. Sed nec sic hoc loco accipitur. Etenim instantia ab ipsa litem contestatione demum incipit l. properandum 13. in prin. C. de judic. Quarto si-



gnificat contoverſiam, quæ in iudicio movetur. l. 4. ff. de iudic. Et in hoc ſignificatu vocabulum litis in hac materia accipitur.

4. Conteſtatio verò inde dicta eſt, quod olim poſt affirmationem actoris & reſponſionem rei conventi eo animo factum quod vellent per iudicem cognosci, & definiri litem, conſuetum fuerat teſtari, h. e. in teſtimonium rogare aliquos hac phraſi, Teſtes eſtote: quibus verbis ſe utring; iudicium accipere teſtabantur. *Aliter ſentiunt Alciat. in l. pecunia 178. §. actiones ff. de V. S. Et Vigelinus de lit. conteſtat.*

5. Haecenus de definitione nominis actum eſt, ſequitur definitio rei. Variè autem litis conteſtatio ab Interpretibus definitur. *Cujac. in parat. C. de litis conteſtat*, ait litis conteſtationem eſſe ejus rei, de qua controverſia eſt, apud iudicem ex utraque parte factam narrationem in foro vel teſtibus præſtantibus. *Aliter eam definit Gadd. in l. 36. n. 9. de V. S. Aliter Weſemb. in parat.* Omnium verò optima definitio videtur eſſe *Obrecht. in tract. de lit. conteſt.* ut ſcilicet litis conteſtatio nihil aliud ſit, quam de re controverſa utriuſque litigatoris apud iudicem teſtata facta narratio: affirmationem ſeu petitionem unius & reſponſionem ſeu contradictionem alterius continens *Germanicè Kriegs Beſteſtigung / item Verſahrung deſ Kriegs.*

6. Hic 1. notandum eſt, quod etſi litis conteſtatio ſecundum hodiernum morem non fiat neceſſariò teſtibus præſentibus. *Donell. in com. jur. Civil. lib. 24. c. 1.* Cum non apud alium, quam eundem, qui in jure cognoscit, & ita in publico cauſam audit, hodie litis cõteſtatio fiat, attamen non male teſtato fieri litis conteſtatio in definitione poſita dicitur, quia ſi reus ad inſtitutam actionem reſpondit id animo litem conteſtandi facere præſumitur. Qua de cauſa hodiè etiam litis conteſtatio nomen ſuum retinet.

7. Notandum. 2. litem conteſtari non actoris duntaxat, ſed utriuſque litigatoris narratione l. de unoquoq; 47. ff. de re iudic. l. 14. C. de iudic. l. 2. in prin. C. de jurejur. propt. Calumn. c. cum cauſam de juram. Calum. c. 1. de lit. conteſt.

8. Hic elegans occurrit quæſtio. An litis conteſtatio ſit initium iudicii? Quod affirmatur arg. l. unic. C. de lit. conteſt. l. 1. C. de iudic. l. 15. ff. Rem ratam hab. c. 27. X. de offic. & poteſtat. iudic. de leg. And. Gail. 1. obſer. 74. num. 2. *Donell. libr. 23. comm. c. 1. p. 2. & libr. 24. c.*

3. in prin. & ad l. 4. num. 2. C. de pact. Cujac. & Wesenbec. in parat. d. l. univ. Sichard. ad tit. C. de lit. contestat. Amplif. Dn. Hunn. in resolut. Treutler. vol. 1. disput. 12. §. 2. Mynf. 3. obser. 74. Vult. discept. Scholast. c. 1. Wurmbf. 1. obs. pract. 13. Maram. p. 6. in prin. n. 2. Hakelman. illustr. quast. disp. 5. §. 1. lit. a.

9. Jure verò Saxonico clamor judicarius in criminalibus est iudicii initium. Landrecht lib. 1. art. 62. das Geruffte oder Zettergeschrey ist der Klage anfang, vnd wer das Geruffte schreyet, hoc est, qui crimen flagrans esse dicit, & cum illo clamore solenni, der mus ses verführen mit Recht. Treut. disp. 12. vol. 1. §. 2. lit. a.

10. Hactenus de definitione rei, sequuntur nunc divisiones litis contestationis. Non uno autem modo ab Interpretibus dividitur litis contestatio. Quidam enim eam dividunt in conjecturalem & iudiciale. Conjecturalem appellant, cum de facto est controversia. hoc e. si ab auctore factum affirmatur: at negatur à reo. Iudiciale verò litis contestationem vocant, cum non de facto sed de iure causæ contenditur, h. e. cum aetor jus causæ affirmat: at reus id negat. Verum cum hæc divisio juris fundamento destituitur, meritò ab aliis rejicitur.

11. Deinde constituunt quidam litis contestationem aliam directam, aliam indirectam. Directam vocant, quando principaliter factum vel jus causæ negatur. Indirectam appellant, quando non principaliter factum vel jus causæ negatur, sed si utrumque vel distinguitur, vel si is à causa principali vel ab actione instituta ad exceptionem objectam transfertur. Sed nec hæc divisio habet fundamentum in iure.

12. Tertio dividunt litis contestationem in affirmativam & negativam. Gad. ad l. 36. ff. de V. S. Rosbach. in prax. civil. tit. 49. num. 6. Nobilif. Dn. Bocer. Claß. 6. disp. 20 §. 13. Wesenb. in parat. C. de lit. contest. num. 3. Vult. ad tit. Inst. de action. num. 27. Sichard. ad l. univ. C. de lit. contest.

13. Affirmativam litis contestationem quidem appellant, quando ad narrata & deducta in libello verbis affirmativis, claris & perspicuis respondetur à reo animo contestandi litem, in gemüth vnd meinung den Krieg Nechtens mit ja zu festigen.

14. Et hanc rursus faciunt duplicem, puram sive simplicem, & conditionatam. Illam dicunt esse, qua reus simpliciter libellatam a Actoris intentionem fatetur, & nullam exceptionem vel conditionem objicit, sed se ad solutionem & præstationem ejus, quod petitur rectè offert. Conditionatam verò vocant, quando non ita simpliciter, sed modo, conditione, & qualitate quadam licet quis contestatur, ut si exceptionem aliquam objicit, qua actoris intentio excludatur.

15. Negativam verè litis contestationem vocant, qua actoris intentio in libello narrata & deducta negatur.

16. Quanquam autem modo dicta divisio est receptissima, præsertim à pragmaticis, attamen illam sententiam, qua uia tantum litis contestatio esse asseritur, de subtilitate juris potius defendi posse puto propter sequentes rationes. 1. Si enim reus simpliciter affirmat, & confitetur intentionem actoris, jam nulla lis, nullum iudicium esse potest *l. 73. ff. de Procur. l. 25. in fin. ff. ad L. Aquil.* Si verò conditionaliter affirmat, & actori jus agendi concedit, sed mox opponit exceptionem qua actionem elidat, tunc non affirmare, sed potius negare videtur: cum exceptionis suæ contestatione illud intendat, ne actor cõsequatur id, quod persequi instituit. 2. Probatum hæc sententia per *l. 14. §. patroni i. C. de judic.* Ubi ad litis contestationem Imp. necessariò requirit narrationem actoris & contradictionem rei. Nec hinc audiendi sunt illi qui arbitrantur *d. l. 14. §. 1.* non de omni litis contestatione, sed in specie de negativa solum litis contestatione loqui, cum illa explicatio divinatoria sit, & nullo firmo nitatur juris fundamento. Et hanc sententiam approbant etiam J. C. præclarissimi Geor. Obrecht. *tract. de lit. contest. c. 2. n. 18. & seqq. Clar. & consult. Dn. Hunn. Præceptor meus perpetuò observandus in resolut. Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 2. lit. c. Donell. lib. 24. comm. c. 1. & ibi Osvald. Halliger. Iust. Mejer in suo collegio jurid. Pandect. lib. 5. th. 161. Vmmi. in process. judiciar. disp. 12. th. 1. n. 3.*

17. Alii verò aliter affirmativam & negativam litis contestationem definiunt, & dicunt illam ex parte actoris esse, hanc ex parte rei. Sed ne hæc sententia approbanda videtur, quia hæc divisio non est generis in suas species, sed partitio potius totius in partes. Cum narratio actoris non sit litis contestatio, sed ejus duntaxat pars quædam: responsio item rei non sit per se litis contestatio, sed pars saltem

saltem litis contestationis, cum litis contestatio sit actoris narratio,  
& responsio sive contradictio rei l. 2. C. de iurejur. propter calumn. & l.  
14. §. patroni 1. C. de iudic. Et hæc duo conjunctim ad litis contestatio-  
nem requiruntur.

18. Hactenus de variis litis contestationis divisionibus di-  
ctum, sequitur nunc ut agatur de personis, quæ litem contestari pos-  
sunt vel non possunt. Hic autem ea tenenda est regula, quod omnes  
litem contestari possunt, qui non prohibentur, arg. l. cum prator §. 1.  
ff. de iudic. Prohibentur autem quidam natura, quidam lege. Ex illo-  
rum numero sunt infans, furiosus, mente captus &c. Etenim hi in-  
tellectu vel operatione intellectus destituuntur. Nota autem quod  
quemadmodum horum tutores & curatores alios conveniunt, &  
ab aliis conveniuntur, ita conventi nomine suorum principalium  
aliorum intentatis actionibus respondere solent & debent l. cum &  
iudices 2. §. quod observari. C. de iurejur. propt. Calum. Verum de hac re  
mox plura dicentur.

19. Lege litem contestari prohibentur pupilli arg. l. 3. C. si  
adversus rem iudic. item minores 25. annis quia legitimam personam  
standi in iudicio non habent l. 2. C. Qui legitim. person. standi &c. Idem  
dicendum est de prodigo. Cum eadem ratio & in hoc obtineat. De  
servis itidem non dubitatur, arg. l. 4. C. de obseq. patron. praest. & l. ser-  
vus 6. C. de iudic. Sunt tamen certi casus in iure Civili excepti, in qui-  
bus servis in iudicio versari permissum est, qualis est in l. vix cer-  
tus 53. ff. de iudic. &c. & alii casus alibi in iure habentur.

20. Filii familias etiam suo nomine regulariter litem con-  
testari non possunt, quia nihil habent, de quo conveniri, & con-  
sequenter de quo litem contestari possunt. Quicquid enim ac-  
quirunt patri acquirunt §. 1. Inst. per quas person. nob. acquir. Excipiun-  
tur autem primò causæ peculii castrensis & quasi castrensis. In  
his enim quo patribus familias habentur l. in nulla 4. ff. de iudic.  
Excipiuntur secundò bona adventitia, quæ pleno jure ad filium fa-  
miliæ spectant Novell. 117. c. 1. Excipiuntur tertio causæ criminales  
Obrect. in tract. de litis contest. c. 3. n. 23.

21. Nihil refert, an quis litem contestetur in propria perso-  
na, an verò per alium puta procuratorem l. procurator 11. ff. de dolis mali  
except. l. procuratoribus 22. C. de procur. Gilken. in l. unic. C. de lit. contestat.

n. 13. Obrech. tract. de lit. contest. n. 31. 32. Spec. tit. de lit. contest. §. 3. in prin.  
Marian. Sosin. c. 1. X. de lit. contest. num. 3. Et licet principalis libel-  
lum in iudicio proposuit : adhuc tamen rectè per procuratorem  
litem contestatur. Bartol. in l. 3. §. idem scribit num. 16. ff. de pecul.  
Idem dicendum est de tutoribus , quia etsi principaliter dati sunt  
personis , tamen in consequentiam etiam res pupillorum admini-  
strare tenentur §. certa autem Inst. de his qui testam. tut. dari poss. l. 1. ff.  
de autor. tutor.

22. Sic etiam Curatores nomine minorum 25. annis, item  
nomine furiosorum & prodigorum rectè litem contestantur , quia  
horum quoque res administrare tenentur , l. 1. Inst. de Curator. & l.  
1. ff. de Curator. furios. vel al. Idem de Rerum public. Administrai-  
bus asserendum est. Hi enim idcirco constituuntur , ut civitatum  
causas gerant tot. tit. ff. Quod cuiusq. univers. nom.

23. Haec tenus dictum est de personis , quæ litem contestari  
possunt vel non possunt , sequitur , ut tractetur , ubinam , & apud  
quem litis contestatio proponenda sit. Et de hoc expressè cave-  
tur in l. unic. cum Auth. seq. C. de lit. contest. Ubi discretè traditur apud  
iudicem litem contestandam esse. Specular. ad. tit. de lit. contest.  
num. 9. Et jure veteri quidem lis coram præside vel prætore con-  
testata fuit l. si res 73. ff. de procurat. Hodie verò litem contestatur  
quis apud quemlibet iudicem competentem. Hinc oritur questio,  
an quis ad litem contestandam cogi possit ? Quod affirmandum  
est, quia litis contestatio est actus iudicialis. Jam autem iudicium  
etiam in invitum redditur l. inter stipulantem §. 1. ff. de V. O. Marant.  
in spec. aur. p. 6. n. 9.

24. Quænam autem remedia competant ad compellen-  
dum aliquem ad litis contestationem porro queritur. Et sciendum  
est eo nomine varia prædita esse remedia. Solet enim interdum con-  
tra ipsum contumacem immissio in bonorum possessionem decer-  
ni, interdum pignoribus captis cogi solet. Gilken. ad d. l. unc. n. 43.

25. An etiam litis contestatio alicui ita injungi possit, ut aut  
litem contestetur , aut ob contumaciam is litem pro contestata ac-  
ceptari patiat, queritur ? Et verior est sententia negativa. 1. quia  
in litis contestatione pro forma requiruntur verba l. 14. §. 1. C. de  
judic. Ubi autem verba requiruntur, alius actus non sufficit l. 1. §. 3.  
ff. de

ff. de v. 0. 2. Quia litis contestatio habetur pro contractu. l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. Contractus autem non nisi utroque consentiente perficitur. 3. per c. 1. & c. 2. ext. Ut lite non contestat. Ubi pars præsens, quæ noluit libello respondere, ordinariâ contumaciæ penâ coercetur, & ad ulteriora procedi negatur. Marant. d. p. 6. n. 12. Trentacing. in Resolut. tit. de judic. resolut. 3. Addunt verò interpretes hanc limitationē, nisi scilicet immiffione in possessionem bonorum contumacis auctori satis consuli non possit. Gilken. ad d. l. un. num. 47. Sichard. ad eand. l. n. 6.

26. Quanquam autem ad litem contestandam reus cogi possit, sunt tamen causæ, quibus excusatur. 1. Si reus est dubius l. quod & l. 3. §. is qui nescit 6. ff. de homin. liber. exhib. Quod verum est, si intervallum ad liberandum ei datum non est. 2. Excusatur si forte reus proposuisset exceptiones declinatorias vel dilatorias, & instat, quod ante omnia de ipsis cognoscatur.

27. Si apud judicem incompetentem litem quis fuit contestatus, illa non valet, & sententia ab eo lata corrui, l. & in privatorum ult. C. Si à non compet. & l. 3. C. de jurisdic. Quod si tamen reus in judicem incompetentem consentit, rectè postea coram eo litem contestatur: quia jam ex consensu partium hic iudex factus est competens, & illius iurisdictioni ad litem motam fuit extensa & prorogata l. si convenerit ff. de jurisdic.

28. Quo tempore litem reus contestari debeat, patet ex Auth. offeratur C. de litis contest. Nimirum post oblatum libellum & spacium deliberandi præter lapsum. Et quanquam in d. Auth. litis contestationi certum tempus præfixum sit, id tamen non amplius hodiè attenditur.

29. Hactenus actum est de loco & tempore, quo litis contestatio proponenda, sequitur ut agatur de causis in quibus litis contestatio necessaria, & in quibus omitti possit. Et sciendum est in omni causa sive civili l. unic. C. de lit. contest. c. unic. ext. eod. sive criminali l. adultera 13. C. ad L. jul. de adult. l. inter. 10. ff. de publ. judic. l. 15 §. 5. ff. ad SC. Turp. litis contestationem necessariam esse. Cujac. lib. 9. obser. c. 21. & lib. 20. c. 20. Obrecht. traët. de lit. contest. Item tam in possessorio quàm in petitorio, tex. in c. 2. ext. Ut lite non contestat. Accurs. in l. ult. verb. pandatur C. si per vim. Vant. de nullitat. ex defectu process. n. 28. Wesemb. conf. 6. n. 5. Dec. conf. 302. lib. 2. colum. 2.

30. Et quamquam hæc regulariter ita obtinent, sunt tamen multi casus, in quibus litis contestatio non est necessaria. Nam si princeps alicui causam cognoscendam & definiendam committit, ut summam agat, de plano, sine strepitu & figura iudicii, litis contestatio omitti potest. Idemque dicendum est de omnibus illis causis in quibus constitutione principis, autoritate legis vel canonis iudex ad hunc modum procedere iustus est. *Marant. p. 4. distin. 9. num. 2. Myns. cent. 3. c. 70.*

31. Idem est, si agatur super electionibus, postulationibus vel provisionibus, aut super dignitatibus personalibus, officiis, canonicatibus vel præbendis, aut super decimis *Clement. dispendiosam de iudic. Gilken. ad. L. unic. C. de lit. contest. n. 54.*

32. Litis item contestatio omitti potest in causis brevioribus. Quæ autem sint causæ breviores non ita expeditum est, & quamquæ quibusdam legibus causæ hæc definitæ videantur, quia tamen omnes illæ leges peculiare rationes habent, consultius videtur, ut relinquatur arbitrio iudicis, ut scilicet ipse ex personis, ex qualitate ipsa, et consuetudine locorum & stylo in veterato ac aliis circumstantiis æstimet, quæ breviores causæ sint. *Panor. inc. quoniam. ex. de probat. n. 7. Gilken. ad d. l. unic. C. de lit. contest. num. 55. & seq. Vinnius ad process. iudic. disp. 12. §. 3. n. 10.*

33. Huc etiam pertinet intricatâ illa quæstio, an in secunda instantia seu iudicio appellationis requiratur litis contestatio? Quidam in hac quæstione distinguunt inter appellationem ab interlocutoria & definitiva interpositam. In illa huius contestationem requiri negant, in hac eam requiri affirmant. *Covarr. ad c. Raynaldus §. 2. n. 1. ex. de testam. Socin. ad c. quoniam ex. Vt lite non contestat. n. 66.* Alii distinguunt, utrum procedatur contra absentem, an verò contra præsentem. Posteriori casu dicunt necessariam esse litis contestationem, priori non item. Verum horum opinionem & distinctionem rejicit, *Myns. 1. obs. 1.*

34. Alii verò J.C. eximii asserunt in iudicio appellationis regulariter de jure nostro litis contestationem non esse necessariam modò in prima instantia intervenierit, quia vis litis contestationis in prima instantia facta, etiâ ad causam appellationis extenditur *c. per tuas § 8. ex. de appellat. Geil. 1. obs. 76. n. 1. Myns. d. l. Ampli. Dn. Bocer. claf. 6. disp. 20. §. 35. Vult. in consil. Marpurg. conf. 29. vol. 3. n. 68.*

35. In causis autem quæ per appellationis beneficium ad  
Cameram Imperialem devolvuntur, hoc singulariter constitutum  
est, quod litis contestatio in illis requiratur, nec sufficiat eam in pri-  
ma instantia factam esse. *Kays. Kammergerichtes Ordnung par. 3. tit.*  
*52. §. Wo aber der Appellat. Myns. d. l.*

36. In casu legis diffamari litis contestationem non esse ne-  
cessariam ostendit *Portius lib. 1. comm. conclus. c. 19. in §. limit. And. Geil.*  
*lib. 1. obs. 12. n. 2. Schw. anman. in suo process. lib. 1. c. 18.* Sed hoc casu dif-  
famatus tanquam actor in judicio diffamatorio summariam petiti-  
onem exhibet, qua diffamationem deducit, atque judici exponit, ro-  
gatque diffamanti ut reo terminum ad probandam diffamationem  
præfigi. Idem statuendum est in eo casu, ubi tractatur de relaxan-  
do juramento ad effectum agendi. Nec obstat hic quod absolutio  
à juramento causæ cognitionem requirat, *per tex. in c. quanto ex. de ju-*  
*rejur.* Etenim cognitio illa debet esse summaria, sine longo & sole-  
mni ordine judiciario. *Juxta Clement. saepe de verb. sig. And. Geil. 1. ob-*  
*ser. 23. n. 2.*

37. Similiter in causa alimentorum litis contestatio non  
requiritur. *Abbas in c. fin. de offic. judic. & ibidem Felin. Gilken. ad l.*  
*unic. C. de lit. contestat. & ratio est, quia in hac causa nec libelli ob-*  
*latio necessaria est. Bald. in l. 5. C. de offic. testam. Iason. in l. 5. C. de*  
*transact. Marian. Socin. in c. 1. de libell. oblat. num. 89. Petr. Surdus in*  
*tractat. de aliment. tit. 8. privil. 2. num. 3.* At ubi libelli oblatio omit-  
ti potest, ibi & litis contestatio necessaria non est, uti dicitur  
*in §. 40.*

38. Occurrit hîc & illa quæstio. An in causa nullitatis re-  
quiratur litis contestatio? Et rectissime videtur distinguere *Myns.*  
*cent. 1. obs. 38. & Gail. 1. obs. 77. in prin. & n. 6. Speculat. lib. 2. tit. de lit.*  
*contest. §. quando autem n. 3.* hoc modo, quod si ea incidenter movea-  
tur cum appellationis causa, non opus sit litis contestatione. Cum  
accessorium ejusdem sit naturæ cum principali suo, si autem princi-  
paliter & seorsim moveatur nullitas, exigitur litis contestatio. *De-*  
*cian. ad c. per tuas. n. 13. & seqq. ex de appellat. Gail. d. obser. 77. n. 1.* Quod  
tamen hic accipiendum ajunt Interpretes, si scilicet nullitas sit no-  
toria, ut quæ ex actis apparet. Nam si nullitas non est notoria, sed



ulteriore indagine opus habet, omninò litis contestatio necessaria est. *Obrecht. tract. de lit. contest. c. 4. n. 44. Myns. d. obs. 38. & Geil. d. obs. 77. n. 1. 2. & 3.*

39. Hodie in Camera Imperiali indistinctè super notoria nullitate ante litis contestationem pronunciari, & sententia ferri potest, siue principaliter siue incidenter deducta sit nullitas. *Cammer. gerichtis Ordnung part. 3. tit. 34. §. vnd soll also. Gail. d. l. n. 5. Quod si verò nullitas non sit notoria, sed altiore requiratur indagine, tunc litis contestatio desideratur. Gail. d. l.*

40. In omnibus illis causis litis contestatio omitti potest, in quibus libellus omitti potest. *Gail. 1. obs. 76. num. 4. Unde cum inter rusticos & homines rudes processus sine oblatione libelli subsistit, etiam subsistet sine litis contestatione. Cum libellus sit origo & fundamentum litis contestationis. Sic etiam cum in mandatis sine clausula non requiratur libellus propter summariam, & celerem expeditionem. *Frider. de mandat. & monitor. lib. 2. c. 9. n. 10. utique nec in his litis contestatio necessaria est. Schwanman. de process. Camer. lib. 1. c. 42. n. 2.**

41. Hæc sunt & aliæ multæ causæ, in quibus litis contestatio non est necessaria. Si autem illa in istis causis in quibus de jure requiritur, omittitur, tunc processus judicii vitatur, & sententia iusta ferri non potest. *c. unic. in fin. ext. de lit. contest. Marant. part. 6. Rubr. de lit. contest. Myns. cent. 1. obs. 1. And. Gail. 1. obs. 75. num. 1. & 4. Cum illa sit substantia & fundamentum judicii. Marant. d. l. num. 1. Quo deficiente nihil potest superædificari. c. cum Paulus. 1. q. 1. Vanities de Nullitat. ex defectu process. n. 28.*

42. Fallit tamen hoc in Camera Imperiali, ubi ad definitivam proceditur, etiam si in prioribus instantiis nulla sit facta litis contestatio, sed ea omninò sit omissa, dummodo alias de meritis causæ principalis ex prioribus actis iudici plenè constare possit. *Tex. in Ordinat. Camer. p. 3. tit. 32. & §. seq. & tit. 34. in prin. vers. vnd so der Camer Richter. And. Geil. 1. obs. 75. n. 5. & obs. 76. n. 2. Myns. cent. 1. obs. 27. Sic etiam interdum in inferioribus judiciis consuetudine inducitur, ne processus ob litis contestationis omissionem sit nullus. Myns. cent. 4. obs. 62. Panormit. in c. in causis extr. de re judic.*

43. Hactenus dictum de causis in quibus litis contestatio requiritur vel non, sequitur, ut tractetur de forma & modo litis contestatio-

tionis. Et sciendum est de jure nostro civili hanc formam & modum esse litis contestationis, ut vocato ad iudicium reo offeratur libellus, & concedantur ei 20. dies, quibus deliberare possit, vel itne contradicere vel non, consentire in iudicem vel minus &c. Quo facto conventus cautionem iudicio listi præstet. Post cum ad iudicium ventum est, interrogetur reus, utrum illi dies sint elapsi. Quod si reus fateatur, lis contestata intelligatur: si minus, non videatur lis contestata, sed intra illud tempus, quod in 20. illis diebus est reliquum omnia ea facere potest reus, quæ ante litem contestatam facere potuisset. *Auth offeratur C. de litis contestat.* Insuper etiam antequam actor libellum reo offert, satisfacere debet ipsi reo vel executori negotii se intra duos menses litem contestaturum vel omne damnum ei qui convenitur restitutum in duplum tamen ne cautio illa 36. aureos excedat. *Auth libellum C. eod.*

44. Hodie verò, & usu iudiciorum à forma ista non nihil recessum est. Nam omnis interrogacionibus, & responsionibus reus comparet, & vel exceptiones suas dilatorias, si quas habet, proponit, eoque ipso litem declinare conatur: si verò nullas ejusmodi exceptiones habet, ad libellum iptum respondet. Consistit igitur hodie forma litis contestationis in unius narratione vel affirmatione, & alterius contradictione vel negatione coram iudice facta. Neque enim si partes consentiant, inter ipsas lis est, ut nec ejus contestatio esse possit, ut hoc sufficienter dictum & probatum est in th. 16.

45. Hinc notandum venit, quod illa actoris intentio, & rei contradictio congrua esse debeat, h. e. ut adsit utrinque animus litem contestandi. *Mynf. 3. obser. 74.* Unde etiam vulgò solet addi illa clausula, animo litem contestandi. In *Gemüßh und Meynung den Krieg zubefestigen.* Verum illam clausulam non de necessitate apponi verius est, uti patet *ex l. rem non novam §. patroni C. de iudic. c. dudum X. de Election.* In quibus locis asseritur per petitionem in iudicio propositam & responsionem secutam fieri litis contestationem: neque adjicitur isthuc clausula illa; animo litem contestandi. Nam verba responsionis satis declarant animum. Nemo enim præsumitur aliter aliquid dicere, quam in animo habeat *l. Labeo ff. de suppell. leg. Sichard. ad rubr. C. de lit. contest. n. 5. Menoch. 2. præsum. 30. n. 1.*

46. Si verò reus dicit, se animo tantum informandi, non litem contestandi respondere, seq; de meliori forma protestari, tunc

lis non censetur contestata, & merito cessat præsumptio, cum de contrario constet. In claris enim non est locus conjecturis l. 25. §. cum in verbis ff. de leg. 1. 3. Nec obstat theoricæ illa, quod protestatio per factum contrarium tollatur. Nam theoricæ illa intelligenda est de facto simplici, uniformi & quod non possit habere multos effectus, V. G. Si quis ita dicit, Ego respondeo domine iudex isti Titio: tamen protestor, quod non volo respondisse, illa protestatio est nulla, quia contraria facto, h. e. responsioni, quæ nõ potest aliter intelligi. Secus v. est si quis ita dicit volo quidem te domine iudex informare, non volo autem parti obligari per litis contestationem. Tunc enim protestatio non est contraria facto, & consequenter aliquid operatur.

47. Hinc sumitur cautela pro Advocatis, & Procuratoribus, quod si de lite non contestanda semel protestati sint, in omni postea actu iudicii hujus protestationis mentionem facere debeant, *Wurmb. pract. obser. lib. 1. tit. de lit. contest. n. 6.* quia alias subsequens contrarius actus protestationis effectum tollit, & lis pro contestata habetur *Geil. 1. obser. 76. n. 5. 6. & 7.*

48. Inter Interpretes juris & Pragmaticos hodiè convenit, quod exceptione dilatoria vel declinatoria, vel etiam peremptoria, quæ vim exceptionis dilatoriæ habet, litis contestatio non fiat. *Dd. com. in l. unic. C. de lit. contest.* Et ratio est, quia hæc exceptio ad iudicium declinandum, & non ut in eo litigetur, proponitur.

49. Quid verò, si peremptoria opposita sit actori exceptio, numquid per hanc lis contestata censeatur? Et cum Amplifs. D. Boc. præceptore & fautore meo honorando distinguendum puto ita, ut de jure quidem Canonico hoc casu lis non contestata sit c. 1. & c. 2. de lit. contest. in 6. Secus verò sit de jure Civili. Et ratio est, quia per actoris narrationem propositam & rei objectam contradictionem jure Civili lis contestata censeatur l. *Rem non novam* 14. §. *patroni* 1. C. de judic. Quando verò reus ejusmodi exceptionem opponit, certè contradicit actori, cum neget per eam se actori debere. *Sichard. ad l. unic. C. de lit. contest. n. ult.* Quod tamè de his demum exceptionibus peremptoriis accipiendum est, quæ liti ingressum non impediunt. Sunt enim duplicis generis exceptiones peremptoriæ, ut demonstrat *Obrech. tract. de liti contest. c. 9. n. 6. & seqq.* In iudicio autem Imperialis Camerae hodiè quibuscumq; exceptionibus tam dilatoriis, quam peremptoriis eventualis liti contestatio annectenda est, *jux. reces. Imper. Anno 1579. §. Demnach sollen.* 50. An

50. An ad litem contestationem requiratur utriusque partis  
præsentia? Affirm. *Bartol. & Bald. ad l. unic. C. de lit. contest. Specul. in h. tit.*  
*§. 5. n. 5. Petr. Gilken. in d. l. unic. n. 19. & seq. Negant verò Marant. p. 6. Rub.*  
*de lit. contest. n. 7. Sichard. ad d. Rubr. n. 4.* Verum has contrarias opinio-  
nes ita in concordiam redigit Clariss. & Consultiss. Dn. Hunn. Præ-  
ceptor meus colendus. *In Resolut. Treut. vol. 1. th. 1. th. 2. lit. c.* Ut prior  
sit vera, si veterem modum litem contestandi spectemus, posterior  
verò sit vera, si hodiernum iudiciorum usum intueamur.

51. Ut fiat litem contestatio, requiruntur verba idonea h. e.  
quæ directò ad ipsam causam controversam referantur. *c. unic. ext. de*  
*lit. contest.* Hinc formulæ variæ præditæ sunt à Dd. quibus litem con-  
testari possunt ex parte rei. Veluti si quis dicat, Nego aëtoris narra-  
tionem veram esse. *Panorm. in d. c. unic. n. 25.* Nec obstat, quod libel-  
lus aëtoris ex narratione præcipuè & petitione consistat. Ad utrum-  
que verò reus tenetur respondere, quod in modo dicta formulâ  
factum non est. Nam sciendum est, quod qui negat narrationem  
leu factum, etiam negat petitionem, quæ ex factò oritur. Negato  
suum antecedente negatur quoq; omne id, quod ex illo sequitur  
eiz. *§. idem Iulianus ff. de iurejur.*

52. Alia formulâ litem contestandi est, si quis dicit, nego  
narrata prout narrantur: Nego petita prout petuntur, Nego posita  
prout ponuntur. *Marant. d. p. 6. Rubr. de lit. contest. n. 4.* Ubi addit, quod  
reus hac formulâ respondens, non possit incurrere pœnam negan-  
tium, quam subiret, si simpliciter negaret.

53. An si reus dicat, Tu mentiris, vel nego verum esse, quod  
in actione instituta asseris, litem fiat contestatio? Et omninò dicendū  
est, ut maximè responsio injuriosis verbis concepta sit, litem conte-  
stari. *Felin. ad c. unic. ext. de lit. contest. n. 22. Marant. d. l. n. 4. Sichard. ad l.*  
*unic. n. 9. C. d. lit. contest.* Nec adversatur illud, quod verba injuriosa vi-  
tiant dispositiones juris, & faciunt eas invalidas, *arg. l. turpia ff. de legat.*  
1. Ubi dicitur turpia legata vitare dispositiones, ita ut cum testator  
in testamento diceret, Lego Titio Sacrilego agrum meum Corne-  
lianum, illud legatum est nullum. Etenim hoc cita limitandum est ut  
procedat, si verba injuriosa dispositioni cōtrariet̃ur uti fit in allegato  
exēplo. Nam legare alicui quid est eum honorare, addere v. verba  
contume-

contumeliosa est demonstrare. In nostra verò questione & casu verba contumeliosa non contrariantur dispositioni, quia licitum est mihi, si in iudicio falsum contra me dicatur, quo mihi possit præjudicari, ut possim respondere, Tu mentiris. *Paul. de Castr. ad l. unic. C. lit. contest.* Interim tamen negandum non est, reum & ejus procuratores ab hujusmodi responsione abstinere debere, ad eò ut si contra faciant, mulctari queant. *Gilken. ad d. l. un. n. 34.*

54. Hodie in omnibus ferè judiciis recepta est illa formula, ut reus dicat, *Ich bin der einkommenen Klage / inmassen dieselbe mit allen ihren umständen vorbracht / nicht geständig / vnd kan also wie darin gebetten / nicht erkandt werden. Bitt derowegen von angeffelter Klage / mit Erlegung allen Gerichtskosten mich zuentschenden.* In iudicio verò *Camerae* ad actionem institutam tam in causis simplicis querelæ, quam appellationum sequenti hac forma & modo respondetur. *In sachen N. contra N bin ich der Klage nicht geständig / bitte mich von derselben mit Abtrag Kosten vnd Schaden zuerschiden. Käys. Cammergerichts Ordnung part. 3. §. Vnd nachdem bißhero.*

55. An formula ista valeat, ut quis dicat, credo me non tenei, vel credo institutam actionem non esse veram? *Negat Accurf. in d. l. unic. C. de litis contest.* hoc modo litem contestari. *Sichard.* verò hoc affirmat, modo pars adversa vel iudex ad hoc taceat. Tunc enim illa taciturnitate responsio fit idonea, & ita se in praxi observasse asserit. Et ratio est, quia si præcisè de veritate esset respondendum, & non de credulitate, quomodo respondere posset qui alieno nomine conveniretur. V. G. cum heres conveniretur nomine defuncti, quo casu probabilis est ignorantia, utpote in factis alieno.

56. Si Reus dicit: Neque fateor, neque inficior quod adversus me actor in libello narravit, atque petit, pragmatici hanc formam & modum taciturnitati comparant, quia obscurè respondere, & nihil respondere paria sunt *l. de atate 11. §. qui tacuit ff. de interrog. in jur. facien. Vmminus in process. judic. dist. 12. th. 4. n. 14.* Et id eò sic litem contestati negant.

57. An litis contestatio necessario requirat scripturam? *Affirmat quidem hoc Wesenb. in w. C. de lit. contest. n. 6.* Sed nullo certo funda-

fundamento & mores etiam judiciorum aliud testantur. Accedit & hoc, quod scriptura ad litis contestationem neque in *l. unic. C. de lit. contest.* neque in *c. unic. extr. eod.* neque in *c. dudum § 4. §. licet extr. de Election.* neque in *Ordin. Camer. p. 3. tit. 13. §.* Und nachdem / requiratur. In quibus tamen locis de litis contestatione ex professo agitur. Interim illud notandum est, quod hodie in Camera Imp. litis contestationes plerunque in scriptis fieri soleant *Schvvanm. lib. 2. de process. Camer. c. 13. n. 13.*

58. Hactenus dictum est de forma & modo litem cōtestandi, sequitur, ut agatur de ejus fine & causis propter quas litis contestatio introducta sit. Et sciendum est eam introductam esse, tum propter judicem, tum propter litigatores. Propter judicem, ut nimirum ille intelligat, super quo ipsi judicandum sit *tex. est in d. l. unic. Obrecht. in d. tract. c. 10. n. 3.* Propter litigatores, ut scilicet illi sciant, in quo lis consistat, & quid ipsis probandum vel impugnandum sit. Quo sensu vulgò traditur litis contestationem esse basim & lapidem angularem ipsius controversiæ. Hinc Hostiens. eleganter inquit litis contestationem esse causam atq; litis fundamentum, positiones parietem, sententiam denique esse rectum.

59. Effectus litis contestationis quod attinet varii & multiplices sunt. Primò n. ante litis contestatione libellum tam in civilibus quam criminalibus mutare licet. *Die Klag mag für beschener Kriegs Befestigung verwandelt gemehrt vnd gemindert werden. Bartol. Alex. Ias. & communiter Dd. in l. edita C. de edend.* Secus autem est, si lis contestata est. Tunc enim hunc effectum producit, ut facultatem mutandi libellum amputet *l. 23. ff. de judic. Wesenb. in x. ff. de edend. n. 8. Geil. 1. obser. 51. n. 9. Gilken. ad l. unic. C. de litis contest. n. 50. Clariss. & Consultiss. Dn. Reinkingk Præceptor & fautor meus colendus in enarrat. tit. C. de edend.*

60. Secundus litis contestationis effectus est, quod Procuratorem dominum litis efficiat, ut is suo quodammodo nomine eam persequi possit *l. procurator 11. ff. de doli except. l. 22. cum l. seq. C. de Procur.* Et ratio est, quia litis contestatione Procurator obligationem iudicii in se convertit. Nam iudicio seu litis contestatione quasi cōtrahitur *l. 3. §. idem scribit ff. de pecul.* Fit autem Dominus litis, non rei. Dominus rei enim est, qui Procuratorem constituit, & ad quem omne jus, & emolumentum rei pertinet.

C

61. Hinc

61. Hinc oritur etiam tertius litis contestationis effectus, quod Procurator post eam possit aliū substituere, quod ante litem contestatā facere non potuit, quia nōdū factus est dominus litis, cū lis nōdū cōcepta sit, *tex. in l. si Procuratorē §. si quis mandaverit ff. mandat.* Fallit tamen hoc ita ut etiā ante litis contestationē Procurator aliū substituere possit in duob. casibus. 1. Si Procurator in rem suam est. 2. Si expressum mandatum substituēdi alium habet, etiamsi ille non exprimat, *tex. in c. 1. §. 1. de Procurat. in 6. Geil. 1. obs. 7 4. n. 11.*

62. Quartus litis cōtestationis effectus est, quod in pari causa occupantis meliorem faciat conditionem *l. si Titius ff. de V. O. Ubi Pomponius eū quæreretur: An ambo stipulatores possint fundū petere: Respondet a cōtionē fore non utriusq; sed unius h. e. occupātis.*

63. Quintus litis contestationis effectus est, ut pro consorte litis absente etiā sine mandato agi, & hic præstitis satisfactionib. defendi possit, uti constat *ex l. 2. C. de consort. lit.* Nec advertatur huic a cōtioni *l. 1. C. de Procurat.* Nam *d. l. 1.* in eo casu loquitur, quo lis nondum fuit contestata. At de hoc non est nostra quæstio.

64. Sextus litis contestationis effectus est, ut ea instituta producantur & perpetuentur actiones temporales, *tex. est in l. ult. ff. de fideiuss. & nominator. & hered. Tutor. Modest. Pistoris consil. 2. vol. 1. q. 5. n. 36.* Item ea perpetuantur actiones, quæ aliās morte pereunt, uti sunt actiones pœnales. Etenim regulariter illæ actiones, quæ ex maleficio descendunt, non solent in hæredem transire. Ratio est, quia pœna delicti nomine introducta ipsum delictum, & ejus autorem potius spectat *l. crimen. 26. ff. de pœn.* quam jus quod ad hæredes transire tolerat. *l. cum heredes 23. ff. de acquir. poss.* Cum autem in his actionib. lis contestata est, utiq; illæ perpetuantur, & in ipsos heredes etiam transeunt, uti manifestè relucet *ex l. nemo 87. l. omnes actiones 139. ff. de R. 1. l. fin. ff. de privat. delict. l. injuriarum 13. & l. 28. ff. de injur. l. omnes 26. l. constitutionibus 33. l. sciendum 58. ff. de O. & A. Gilken. ad d. l. unic. n. 50.*

65. Sunt & alii multi litis contestationis effectus, veluti quod in multis juris articulis inspiciatur tempus litis contestandæ, *l. vinum ff. de Reb. cred.* item quod post litem contestatam neque recusari, neq; declinari judex amplius possit *l. apertissimi 14. ff. de judic. l. 4. C. de jurisdic. & alii quamplurimi effectus, qui omnes videri possunt apud Geil. 1. observ. 7 4. n. 4. & seqq. Myns. cent. 5. obser. 44. Daniel. Moller. in Constit. Saxon. par. 1. constit. 10. num. 6. Specul. de lit. contest. §. ult. Obrecht. de lit.*

de lit. contest. num. 9. & seqq. Sichard. ad d. l. unic. num. 7. Gilken. ad eand. l. num. 50.

66. Hæc dicta de litis contestatione jam sufficient, sequitur nunc, ut agatur de juramento calumniae.

67. Deducitur autem juramentum calumniae à jurando, & calumnia, & est jusjurandum affirmatio Religiosa, quia quicumque jurat et si DEI non semper facit mentionem, tñ se quasi devovere, & ultioni divinæ subicere intelligitur, si sciens fallit. Unde etiam sacramentum appellari solet, & certè nullum vinculum ad adstringendam fidem arctius ligat jurejurando. Et propterea meritò improbanda est Anabaptistarum opinio, qui omne juramentum tanquam rem impiam & illicitam rejiciunt. Etenim jusjurandum jure divino approbatur, Deut. 6. per nomen DEI jurabis, item Deut. 10. In nomine Domini jurabis. Exod. 22. Heb. 6. v. 16. Wigandus tract. contra Anabaptist. Reverend. Dn. D. Hunnius p. m. in Matth. c. 5. p. 2. pag. 158. Amplif. Dn. Bocer. Præceptor meus honorandus Claß. 6. disp. 18. th. 1. n. 3. Consultif. & Celebrim. Dn. Hunn. Præceptor & fautor meus æternum celebrandus in Resolut. Trent. vol. 1. disp. 21. th. 1. lit. g.

68. Calumniam verò derivant à calvo, calvis, calvire, quod frustrari, decipere antiquis significavit, & trahitur à Calvis Mimis, quod omnibus sint frustratus, h. e. quod frustratur, & decipiant, qui eos per capillos capere volunt. Nonio Marcello calumnia est malitiosa, & mendax infamatio, Cassiodoro est commentum aliquod periculosa facultatis objectum, Ciceroni est callida & malitiosa juris interpretatio. Sunt & aliæ hujus vocabuli significationes in jure nostro. Nam calumniari in criminalibus est falsa crimina intentare l. 1. in prin. ff. ad SC. Turpil. in civilibus est per fraudem, & frustrationem alios vexare l. si cavetur 233. de V. S.

69. Hoc loco autem calumnia est, cum quis dolo malo agit, vel agenti resistit l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpil. E. contra juramento calumniae litigatores affirmant se bona fide agere, vel alteri resistere. Unde juramentum calumniae definiti solet, quod sit litigatorum religiosa asseveratio, qua affirmunt se non animo calumniandi, sed juris tui opinione & fiducia fretos agere vel alteri resistere. Wesenb. in x. C. de jurejur. propt. calum. n. 2. id sic definit, quod sit illud quod initio litigatores, eorumque administri de bona sua conscientia, bonitateque quam opinantur causæ suæ præstant.



70. Juramentum calumniæ non uno modo dividitur. Primò enim dividitur in generale & speciale. Hoc est, quod in certis actibus tantum & in singulis judicii partibus exigitur. Illud est, quod de tota causa præstatur, & ad omnes sequentes actus dirigitur. *Wesemb. in w. C. de jurejur. propt. calum. n. 4. Obrecht. in tract. de juram. calum. c. 2. n. 2. & S. Coler. p. 1. decis. 116. n. 1. & seq. Joann. Ferrarius in suo process. lib. 1. c. 2. vers. cum Iustiniانو.*

71. Etsi autem olim in singulis actibus judicii speciale juramentum de calumnia exigi & præstari consueverit, adeoque generale illud plane incognitum fuerit, ut testatur *Imp. in l. 1. C. de jurejur. propt. calumn.* hodiè in sufficit generale juramentum calumniæ, quo sub initium litis juratur nihil in toto negotio calumniæ causa facturatum iri. Uti expressè cautum est à Justiniano in *Auth. hoc sacramentum C. de jurejur. propt. calumn. & Novell. 49. c. 3. Wesemb. in supplem. ad Schneid. Inst. de pœna temerè litig. n. 4. Beust. ad rubr. ff. de jurejur. n. 180. Joann. Ferrarius d. c. 2. vers. cum Iustiniانو.*

72. Nec audiendus hic est *Cujacius ad Nov. 49. c. 3.* cum asserit hoc juramentum nequaquam esse generale, sed solum de litis contestatione. Contrarium equidè ex verbis d. *Novell. liquido patescit.* Nec ad rem facit, quod hoc juramentum semel duntaxat initio litis præstatur. Nam semel sub initium litis præstitum vim suam exerit non in solo litis contestationis actu, sed in omnibus etiam sequentibus judicii actibus, ut inde propter generalem vim, & efficaciam non malè generale appellari possit.

73. De jure v. Saxonico juramentum calumniæ generale abolitum est, & tantum speciale requiritur, sicut testatur quædam *gl. Lehnr. c. 68. col. penult. quæ expressè dicit, vnd wiewol dz es nicht in vnsern Recht ten gewönlid &c. König in suo process. c. 67. n. 2. & c. 38. n. 1. Wesemb. in w. C. de jurejur. propt. calum. n. 4. & in supplem. ad Schneid. Inst. de pœna temerè litig. n. 4. Beust. ad rubr. de jurejur. n. 181. Rotfchitz. in suo process. art. 14. n. 5. Zobel. p. 1. diff. 24. n. 7. Et quanquam *Hennirg Goden.* in suo process. judiciar. contrarium asserit, & vocat *glos. in d. c. 68. diabolicam,* cum nihil allegat, quod subsistat in jure: attamen eo non obstante *glos. communiter tenetur, ut testatur Schneid. d. l. & c. Mauserus in suo process. §. nunc transeamus.**

74. Sunt tamè quidam casus, in quibus hodiè etiam in foro Saxonico juramentum calumniæ generale locum habet. Primò in casu duelli ineundi, *per text. express. in Andr. lib. 1. art. 63. §. vor dem Richter.*  
*Coler.*

Coler. p. 1. decis. 117. n. 13. & seq. Secundò in causis matrimonialibus  
Ioach. à Benst. ad rubr. ff. de iure iur. n. 182. & ad l. 3. ff. eod. n. 66. Ubi hoc ita  
in Consistoriis observari testatur.

75. Deinde iuramentum calumniæ à Wesenb. in x. C. h. t. n.  
4. dividitur in iudiciale, & extrajudiciale. Iudiciale appellat, quod  
in actibus judicialibus præstatur. Extrajudiciale verò vocat quod  
præstatur in actibus extrajudicialibus, cuius exemplum putat esse in  
l. si quis 6. §. exigitur 2. ff. de edend. & alibi in iure.

76. De origine iurisjurandi de calumnia variæ sunt opinio-  
nes. Quidam enim putant hoc ex iure divino originem duxisse. Me-  
noch de arbitr. iud. quest. lib. 1. q. 20. Bartol. & c. Ad confirmandam hanc  
suam sententiam adducunt textum ex e. 22. Exod. Sed sciendum est d.  
locum non de iuramento calumniæ, ut vocant, quod est opinionis,  
sed potius de alio iurejurando quod est veritatis, intelligendum esse  
ut ex ipsis textus verbis satis relucet.

77. Wesenb. in x. C. h. t. ostendit apud Athenienses hujus  
iuramenti usum frequentem fuisse, sed ut hoc sit, tamen asseren-  
dum puto, id iuris Civiliis esse. Etenim quamvis non nego simile  
quoddam iuramentum etiam apud alias gentes in usu fuisse, interim  
negari non potest hoc iuramentum formam à iure Civili accepisse.  
Per formam autem est res id, quod est. Vmmius disp. 12. ad process. ju-  
dic. §. 7. n. 29.

78. Hactenus dictum est de divisionibus, & origine iuramenti  
calumniæ, sequitur ut agatur de personis, quæ hoc iuramentum  
exigere vel non exigere possunt. Et notanda est regula, quod om-  
nes iusjurandum de calumnia exigere possunt, quibus in iudicio  
agere vel excipere licet. Nec obstat, quod hoc iuramentum autore  
prætore deferatur l. de pupillo 5. §. qui opus ff. de nov. oper. nunc. Nam verum  
quidem est hoc iuramentum à prætore deferri, quia formam hujus  
iurisjurandi prætor litigatori proponere solet. attamen prius litiga-  
tor hoc iuramentum exigit, post demum delatio prætoris subse-  
quitur.

79. Agunt autem & excipiunt in iudicio alii proprio, alii  
alieno nomine. Proprio nomine agere & excipere possunt omnes,  
qui non prohibentur, arg. l. cum prætor 12. §. 1. ff. de iudic. At prohi-  
bentur quidam naturâ, quidam lege. Natura prohibentur, qui ca-  
rent intellectu, ut infantes, mente capti, furiosi. Lege prohibentur

Impuberes, minores 25. annis, prodigi & servi. Impuberes eam ob  
causam prohibentur, quia per se in iudicio versari non possunt: & cō-  
sequenter non ipsi, sed ipsorum nomine Tutores iuramentum ca-  
lumnia exigere possunt l. 2. §. quod servari C. h. r. Sic etiam puberes,  
qui exceſſerunt annum 14. at minores sunt 25. annis non possunt iu-  
ramentum calumnia exigere, quia nec in iudicio agere possunt.  
Et propterea horum nomine Curatores iusjurandum de calumnia  
exigere debent d. l. 2. §. quod observari.

80. Prodigi quoque iusjurandum de calumnia per se exige-  
re non possunt, quia rebus suis non consulere, nec in iudicio consi-  
stere possunt l. 1. ff. de Curat. furios. Ideoq; non ipsi, sed ipsorum no-  
mine constituti Curatores hoc iuramentum exigere debent d. l. 2.

81. Alieno nomine in iudicio agunt & excipiunt, quidam  
qui sunt in potestate aliorum, quidam qui sui sunt iuris. In potestate  
aliorum sunt servi & filii fam. Et quavis servi regulariter agere & ex-  
cipere non possunt, sunt tamen certi casus in quibus hoc servis est per-  
missum, ut dictum in §. 19. Hodie verò nostri servi, qui famuli, & mi-  
nistri dicuntur, quin iuramentum calumniae dominorum loco exi-  
gere possint, extra dubitationis aleam positum est.

82. Filii fam. quoque alieno nomine regulariter in iudicio  
nec agere, nec excipere possunt, quia similiter non habent legitima  
personam standi in iudicio l. 1. C. Qui legitim. person. stand. in iudic. Ex-  
cipiuntur causa illa, quae absente patre quaesita sunt l. si longius 18. §.  
1. ff. de iudic. vel si pater ob fatorem vel dementia est absentis loco  
l. sed si unius 17. §. filius fam. ff. de injur.

83. Sui juris qui sunt, illi vel publica vel privata autoritate  
res alienas administrant. Publica autoritate id faciunt patres, Tu-  
tores, Curatores, & Rerum publicarum administratores. In patre  
autem rursus distinguendum est, an ille agit seu excipit de re filie-  
mancipati, vel adhuc potestati suae subiecti. Priori modo nec agere  
nec excipere recte potest, quia res non ad patrem, sed ad filium e-  
mancipatum spectat. Ille enim habet dominium, & eius jus admi-  
nistrandi, ideoque huius rei causa iuramentum calumniae pater de  
jure exigere non potest.

84. Posteriori modo rursus ita distinguendum est, aut pater  
agit vel excipit de peculio Castrensi vel quasi, aut de peculio adven-

titio. In peculio Castrensi vel quasi pater frustra agit vel excipit, qui similiter in illo nullum jus, nullamque administrationem habet, sed filius in eo pro patrefam. habetur l. 3. C. de pecul. Castrensi. Et propterea etiam ratione hujus peculii non recte pater juramentum calumniae exigit. In peculio vero alio in quo pater usufructum habet, pater recte agit, & excipit, quia hujus peculii legitimus est administrator l. 8. §. 1. C. de bon. qua. liber. & consequenter hujus rei gratia recte juramentum de calumnia exigit.

85. Tutores, Curatores, & Rerumpublicarum administratores etiam juramentum calumniae ab adversario recte exigunt, quia ipsi pupillorum, adultorum, & civitatum nomine alios conveniunt, & ab aliis conveniuntur l. 16. C. de administ. tut. l. 2. §. jus Reipub. ff. de administ. rer. civ.

86. Privata autoritate res alienas administrant procuratores, & hi etiam recte juramentum calumniae exigere possunt. Obrecht. d. tract. de juram. calumn. c. 4. n. 34.

87. Haec tenus dictum est de iis personis, quae jusjurandum de calumnia exigere vel non exigere possunt, sequitur, ut agatur de personis, quae hoc juramentum, praestare tenentur, vel non. Et sciendum est, quod jure civilitatis reus, quam actor hoc juramentum generale praestare teneatur l. 2. §. 1. C. de jurejur. propt. calumn. dand.

88. Jure vero Saxonico tantum actor deferens juramentum reo cogitur juramentum calumniae speciale praestare, quod scilicet non calumniosè, sed justa ex causa reo juramentum detulerit, & hoc etiam obtinet, etiam si reus actori juramentum retulerit. Tunc enim actor utrumque juramentum tam litis decisorium, quam juramentum calumniae speciale praestare tenetur, *tex. express. in Novell. Elect. August. p. 1. quaest. 12. ubi Dan. Moller. in comm. n. 1. & seq. Rotshitz. in suo process. p. 1. art. 14. n. 1. & seq. Zobel. p. 1. diff. 24. n. 2. & seq.*

89. An parentes vel patroni, si inter hos & liberos vel liberos est controversia & hi liberis vel libertis juramentum litis decisorium deferant, etiam jurare debeant de calumnia quaestio est haud expedita: Et primo quidem intuitu id affirmandum videtur *per tex. in l. jusjurandum 34. §. qui jusjurand. 4. ff. de jurejur.*

90. Attamen hoc textu non attento, verior est negantium sententia, *per l. de die ponenda 8. §. jubetur 5. ff. Qui satisfac. cog. l. si patronus*

16. ff. de jurejur. Et his textibus luculentissimis accedit etiam ratio perspicua: honor quippe & reverentia, quam liberi parentibus, & liberti patronis debent, non permittit, ut hi in calumniae suspicionē vocentur, quod fieret si juramentum calumniae ipsi deferretur. *Ampliss. Dn. Henn. in Resoluc. Treutl. vol. 1. disp. 21. §. 4. lit. c. Borch. de jurejur. c. 7. n. 23. & seqq. Iul. Pat. cent. 3. q. 83. Jacob. Ayer. in suo process. p. 11. obs. 2. n. 31. Donell. tract. de jurejur. lib. 2. 4. comm. c. 13. Cujac. lib. 9. obser. c. 37. Idson. in d. l. 34 ff. de jurejur.*

91. Quod attinet textum pro affirmatiua adductum, respondendum est, illius §. 4. lectionem non esse constantem, nec omnibus in exemplaribus eandem, sed in vulgaribus, & manuscriptis ita legi. Hoc jusjurandum de calumniae & quae patrono & parentibus remittitur. Quam lectionem in duobus manuscriptis se invenisse testatur *Obracht. d. tract. c. 5. eamque probat Jacob. Cujac. lib. 4. de feud. tit. 36. Daar. c. 4 ff. de jurejur. eò quod aliis textibus juris & rationi evidenti conveniat, altera verò lectio & textibus & rationi aperte repugnet, maxime cum verisimile non sit Ulpianum sibi ipse contradicturum esse.*

92. Exemplo patroni nec à domino feudi vasallus hoc juramentum calumniae exigere potest, cum eadem in vasallo, quae in patrono, quoad propositum, ratio obtineat. Sicut enim patronus suum libertum ad reverentiam & honorem obstrictum habet, ita quoque dominus feudi ad reverentiam & honorem obligatum habet suum vasallum. Atque hoc etiam diserte exprimit *Feudista in tit. 33. §. in quibus etiam causis lib. 2. Feud. Schrad. de feud. p. 10. sect. 3. n. 74. Cujac. lib. 4. feud. tit. 36. sub fin. Donell. de jurejur. lib. 2. 4. com. c. 13. n. 4.*

93. Num autem vice versa vasallus à domino ad hoc juramentum calumniae praestandum cogi nequeat, quaestio est. Et affirmat id expresse *Feudista in d. tit. 33. §. 1. ex ea ratione, quod id quod quisque in alium statuerit, ipse eodem jure uti debeat.*

94. Verum rectè *Donell. lib. 2. 4. com. 13.* hanc *Feudistae* sententiam non modo aperte falsam, sed etiam absurdam esse & rationi planè contrariam asserit. Etenim quoties personae conditio & certa causa locum facit beneficio, toties deficiente persona, & causa beneficii, beneficium quoque deficit l. in omnibus causis ff. de R. l. Jam autem negari non potest, quod beneficio remissionis jurisju-

risjurandi calumniae locum faciat conditio personae domini, & certa causa, quod nempe exactione hujus juramenti domini honor, & reverentia laedatur. *Schrad. in tract. feud. p. 6. c. 7. n. 12. Rittersh. in part. Feud. lib. 2. c. 1. q. 13. Zas. in Epit. feud. p. 7. num. 57. Duar. de feud. c. 13. n. 8.* Consequens igitur est, quod hoc juramentum calumniae vafallo nequaquam remissum sit.

95. An procurator ad hoc juramentum praestandum teneatur, quaestio intricata est? Affirmant hoc quidam indistincte, sed rectius faciunt illi, qui distinguunt inter Procuratorem in rem suam constitutum, & Procuratorem in rem mandantis constitutum, ita ut ille quidem, qui in rem, & utilitatem suam constitutus est, jurare de calumnia teneatur, quia non tam Procurator, quam principalis esse videtur, ut qui alienam causam in proprium emolumentum administrat *l. 2. in fin. ff. famil. hercis.* Procurator vero in rem alterius constitutus de jure Canonico teneatur jurare de calumnia *c. 3. 4. & 6. de juram. calumn.* Jure autem civili procurator jurare non compellatur.

96. Nec destituitur hoc posterius membrum fundamento juris. Expresse enim in *l. Marcellus. n. §. jurare ff. de actione. rer. amor.* dicitur iniquum esse de alieno facto alium jurare, & in *l. 2. §. 2. C. de jurejur. propt. calumn.* asseritur, quod ipsis litigatoribus, & qui administrationem alienarum rerum autoritate legitima gerunt, praestatio hujus jurisjurandi incumbat. Jam certum est, Procuratores, etsi res alienas administrant, non tamen id legis seu legitima autoritate, sed privati domini mandato faciunt. Et ipse *Imp. in d. l. 2.* exponit quosnam per illos intelligi voluit, nempe tutores, & curatores.

97. Nec valet hoc in loco argumentum à tutoribus & Curatoribus ad Procuratores. Siquidem diversissima est horum & illorum ratio. Procuratores enim verè lites suscipiunt illorum, qui ipsi idonei sunt, & qui per se jurare possunt: at tutores & curatores illorum causas tractant, qui vel intellectu destituuntur, vel minus firmo judicio sunt praediti, qui ve rebus suis prospicere non possunt, quocirca tutores & curatores de calumnia rectè jurant, Procuratores non item.

98. Et quamvis haec de jure Civili ita obtinent, tamen jus Canonicum hac in parte usque est receptum, & approbatum, ut testatur *Geil. 1. obser. 83. num. 1. Obrecht. d. tract. c. 6. n. 26. & 27.* Neque hoc

D sine

sine ratione factam esse videtur, tum quia per litis contestationem Procuratores facti sunt domini litis *l. 11. C. de Procur.* tum etiam quia Procuratores plerumque melius calumniari norunt, quam partes & nisi coëreerentur, causas etiam pessimas defenderent. *Wesemb. in w. C. h. t. n. 6.*

99. Unde etiam in iudicio Camerae quotidie Procuratoribus in animas dominorum & in proprias animas iuramenta calumniae praestantur: si modo non generaliter praestatio iuramenti, sed in specie iuramenti calumniae praestatio in mandato exprimitur. Non enim hic admittitur mandatum, si dicitur, constituo Titium Procuratorem meum in omni causa, sed necesse est, ut in eo expressa iuramenti calumniae fiat mentio.

100. Excipitur tamen Procurator fisci, cui in Camera Imp. hoc iuramentum remittitur: quia Caesaris & Imperii nomine generali mandato legis in iudicio agit & excipit, & quia à Caesare & Imperio non immeritò talis Procurator fisco praepositus creditur, qui sit extra suspicionem calumniae, quia denique calumniari non praesumitur, quem officii necessitas excusat *l. 5. §. advocatum ff. de hi quib. ut indig.*

101. In aliis vero iudiciis inferioribus Procurator fisci iuramentum calumniae praestare tenetur, quia iure Canonico, quo iuramentum hoc à Procuratoribus exigitur, fiscalis exceptus non reperiatur, & in casibus omissis ille iure privatorum uti debeat.

102. Quid autem dicendum, si procurator ex officio à iudice parti datus est, & iuramentum calumniae praestare nolit, anead eius praestationem cogi possit? Et videtur primo intuitu asserendum quod sic, quia indistinctè iure Canonico (quod etiam hac in parte hodiè observatur) cautum est, procuratorem non tantum in animam domini, sed etiam propriam jurare debere, *tex. in c. 2. §. Procuratores de iurament. calumn. in 6.*

103. Melius autem videntur distinguere *Geil. 1. observ. 88. & Obrecht. d. tract. c. 6. n. 35. & 36.* dicendo quod Procurator ex officio datus non sit cogendus jurare in propriam animam quoad merita seu iustitiam vel iniustitiam causae, quia nihil ei imputari potest, nec ille calumniari videtur, qui iudicis mandato & decreto obtemperavit, cum parere necessum sit, *c. 24. d. R. 1. in 6.* Secus vero sit quoad alia

alia juramenti calumniæ capitula, quæ ad processum judicii spectant, veluti quod causam calumniosè protrahere nolit, petendo superfluas & calumniosas dilationes. In his enim jusjurandum de calumnia præstare debet, quia hæc capitula non ad ipsam causam pertinent, sed Procuratoris nudum officium, & ministerium concernunt.

104. De Clericis quoque quæstio solet moveri, an scilicet ipsi juramentum calumniæ præstare teneantur? Et constat ex *l. cum Clerici 25. C. de Episc. & Cleric. & ex c. 1. ext. de jurament. calumn.* quod à præstatione juramenti inamunes esse debeant. Turpe enim olim videbatur Clericos in fallitatis vel calumniæ suspitionem vocare: quia ob religionis & pietatis professionē ab utroq; longissimè abesse putabantur. At tandem invaluit, ut à personis Ecclesiasticis non mitius, ac à Laicis juramentum hoc exigi possit, *c. cæterum & c. ult. de juram. calumn.* Et id quidem meritò. Si enim bonam causam fovent, citra ullum incommodum hoc juramentum subire possunt: si verò sciunt contra conscientiam se aliis iniquum judicium obtrudere, jure maliis ipsorum obviam itur.

105. De herede item quæritur, an is juramentum calumniæ præstare teneatur eo casu, quo de functus hoc præstitit? Et dicendum est, quod sic quia, mortuo testatore, per quem lis est incepta, eadem lis in ejus successorem derivatur *l. si eum hominem ff. de fidejuss.* Nec hinc aliquem moveat, quod heres sustinet personam defuncti, & defunctus semel juravit, idēq; successor non possit cogi, ut denuo ipse juret, præsertim cum in *Auth. hoc sacramentum C. h. t.* dispositum sit semel tantum jurandum esse. Nam hæres & defunctus hoc loco non sustinent eandem personam. Etenim licet principalis juraverit & deinde successor juret, tamen non jurat, ut principalis, scilicet in animam defuncti, sed jurat in animam suam.

106. Universitates etiam de calumnia jurare debent per suum Syndicum. *Matt. Wesenb. in supplement. Schneid. tit. Inst. de poena temer. ling. tit. de juram. calumn. n. 6. & in w. C. h. t. num. 6. Ayres. in suo process. lib. 1. c. 11. obser. 2. n. 11. ibi quarto ampliatur. Beust. in rubr. ff. de jurejur. n. 187. ibi Syndicus verò. Itē Oeconomi Ecclesiarum & locorum piorum nomine agentes jurare de calumnia necesse habent, *tex. est in c. in herentis 1. in fin. & c. in pertrahendis causis 3. ext. de juram. Calumn. Wesenb. in w. C. h. t. n. 6. vers. item econom.**



107. Si partes iuramentum calumniæ subire nolunt, tunc merito puniuntur, ita ut si actor recusat, ab actione instituta cadat, & quam longissimè à iudicii limine repellatur: si v. reus hoc facit, pro confesso habeatur l. 2. §. quod si actor G. & §. seq. C. h. t. ult. §. c. ult. ext. eod. Bald. in c. sicut consuetudo 2. ext. de probat. n. 7, lafon. in repetit. l. admonendo 31. n. 84. ff. de iurejur. Marant. in specul. de iudic. p. 2. tit. de juram. calumn. n. 6. Beust. in rubr. ff. eod. n. 194. Geil. 1. obs. 86.

108. Sed animadvertendum est, id non ipso iure procedere, sed demum opus esse sententia declaratoria arg. d. §. quod si actor. Unde in Camera Imp. si sententia interlocutoria eventualis, quæ iniungitur parti, ut petiti iuramentum calumniæ intra certum tempus sub pœna non iurantis præstet, purificata est: tunc subsequitur definitiva declaratoria, quæ est quoad actorem contumacem absolutoria: quoad reum verò condemnatoria. Geil. 1. obser. 86.

109. Observandum autem est, quod hoc casu usq; ad sententiam iudicis mora purgari, & iuramentum calumniæ præstari possit. Cyn. in d. l. 2. §. quod si actor. Socin. in c. ult. ext. de iuram. calumn. n. 38. quia cum hodiè hoc iuramentum in qualibet litis parte præstare possit, & in prin. de iurament. calumn. in 6. idè contumax in iurando usque ad sententiam definitivam nemo haberi potest.

110. Hoc iuramentum etiam expressè remitti non potest. Etenim pacta, quæ ad publicam læsionem spectant, valida non censentur l. 7. §. si paciscar. ff. de pact. l. 27. §. pact. ff. eod. Jam autem pactum de remittendo hoc iure iurando advertatur publicæ utilitati, quia Reip. interest, calumnias, quibus litis extrahuntur, & immortales efficiuntur, præcaveri. Hoc autè efficit & operatur iusiurandum calumniæ, l. 2. §. sed quia veremur cum §. seq. C. h. t. Accedit & hoc quod quilibet iuri tantum suo, & pro se introducto renunciare possit l. penult. C. de pact. Jam autem hoc iuramentum non tantum pro litigantibus, sed etiam pro iudice introductum est, ut satis relucet ex d. l. 2.

111. Sed utrumne tacitè saltem remitti possit calumniæ iuramentum quæritur? Ad hoc respondèdum est iure Civili neque tacitè neq; expresse iusiurandum hoc remitti posse, quia in tacito pacto eadem ratio hac in parte obtinet, quæ in expresse. Etenim nec tacito pacto quicquam utilitati publicæ detrahi potest. Accedit & hoc quod in d. l. §. sed quia veremur in verb. collusionem aliqua utentes, & in verb. dissimulationem nostram eludunt, tacita quoque remissio haud

haud obscure prohibeatur, dum Imp. nulla diffimulatione vult sanctionem suam de calumnia juramentum exigentem eludi. Eludetur verò si tacite quoque & quacunq; ratione remitteretur.

112. Nec hinc multum roboris habet argumentum dissentientium, quod solet peti ex l. 5. §. qui opus ff. de oper. nov. munc. Ubi dicitur juramentum calumniae non praestari, nisi fuerit exactum, consequenter igitur illud tacite remitti posse. Nam d. l. 5. non de generali, sed de speciali juramento calumniae loquitur: hoc enim à litigatoribus recte exigitur: at exactum postea à Præstare defertur: Et quanquam generale quoque juramentum à litigatoribus recte peti possit: attamen si forte litigatores hoc omiserint, tunc iudex ab iis exigere & eos sub poena ad istius juramenti praestationem compellere debet d. l. 2. §. sed quia voremur. C. h. 2.

113. Hinc arbitrantur Dd. inter juramentum calumniae speciale & generale hoc quoque interesse jure civili, quod illud à litigatoribus pacto remitti possit, hoc vero non possit. Rationem hanc addunt, quod speciale plerunq; ob privatam cujusq; causam exigi solet uti constat ex l. si quis 6. §. exigitur ff. de edend. Generale verò calumniae juramentum ob publicam utilitatem in exordio litis praestetur.

114. Et quanquam jure civili juramentum calumniae generale seu quod de tota causa praestatur, uti modo dictum & probatum est ih. 110. & 111. neq; tacite neq; expresse remitti possit: attamen de jure Pontificio etià hoc tacite remitti potest à litigatoribus, uti clare patet ex c. 1. §. 1. in verb. omissum de juram. calum. in 6. Marant. de ord. jud. p. 6. tit. de juram. n. 2. Henning. Gæden. in process. judic. rubr. 13. n. 4. & 5.

115. Hodie autem in plerisq; Germaniae judiciis jus Pontificium hoc casu observatur. Conceditur enim hodiernis moribus, ut jusiurandum de calumnia tacite: at non expresse remitti possit, & ut tacite omissum iudicalem processum non vitiet, at vitiet si semel exactum, non sit praestitum. Tunc enim de substantia iudicii esse putatur. Geil. 1. obser. 84. n. 1. & 2. Marant. p. 6. de juram. calum. n. 2. Vantius de nullitat. c. de nullit. ex defect. process. n. 29. Roland. à Valle consil. 71. n. 7. vol. 1. Wurmbs lib. 1. obs. 14. Fornerius lib. 2. select. c. 4. Beust. in rubr. ff. de iurejur. num. 184. Weseñb. in continuat. Schneid. tit. Inst. de pen. temer. litigant. Maith. Coler. decif. 117. Iacob. Ayer. in suo process. lib. 1. c. 11.

116. Unde putant quidam, quod cauti advocati, quando contestantur litem dicendo: nego narrata, ut narrantur, vera, tunc debeant dissimulanter levem mentionem injicere juramenti de calumnia: dicendo, & peto actorem ad juramentum calumniæ cogi. Cujus rei deinde in toto processu non recordentur amplius, & expectent finem judicii. Si ergo pro illis lata sit sententia, habere, quod voluerint. Si verò non, tunc possunt opponere contra executionem sententiæ de nullitate processus: quia petiissent juramentum de calumnia, quod tamen non sit præstitum. Et ita sentiunt *Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 1. q. 20. n. 6. Sichard. ad rubr. h. t. n. 11. Rol. à Valle consil. 70. n. 8. vol. 1.*

117. Alii verò hanc cautelam ut dolosam, & fraudulentam rejiciendam arbitrantur, quia juramentum hoc non sit separatim petitum, & ejus petitio non bona fide, sed dolo malo, & non aperte & candidè, sed dissimulanter, decipiendi alterius causa facta sit. *Speckan. quest. jur. cent. 2. cl. 4. q. 19. n. 1. Bernh. Grav. in conclus. pract. Cam. conclus. 84.*

118. In Camera Imper. hæc duo benè discernuntur, an causa ad illam per viam appellationis, an verò per modum simplicis querelæ, ut vocant, deducta sit. Priori casu etsi in prima instantia juramentum calumniæ exactum: at non præstitum sit: non idcirco processus judicii corrumpitur: Sed hoc non obstante in causa pronunciat: quia in hoc judicio tanquam in Consistorio Principis summi nullitates processus non attenduntur: Si modo de meritis causæ judicis ex actis plenè constet, *juxt. Ordinat. Cam. tit. 34. §. 1. p. 3. Geil. d. obser. 84. n. 3. & 4.*

119. Posteriori casu, h. e. si causa per viam simplicis querelæ in judicium Cameræ deducta est, in eaque calumniæ juramentum à litigatore exactum est: id omninò præstandum: quia etsi in hoc judicio nullitates aliorum judiciorum non attendantur, aliud tamen est in iis nullitatibus, quæ in hoc judicio committuntur. Nam in eo legitimus judicii ordo observari debet *Geil. d. obser. 84. n. 6.* Itaque hoc casu si in causa conclusum est, nec petitum calumniæ juramentum præstitum sit, conclusio rescindi, & alteri per sententiam interlocutoriam imponi solet, ut exactum jusjurandum de calumnia præster, *Geil. d. obser. 84. n. 6.*

120. Sed

120. Sed quid, si non viva voce in iudicio, verum in aliqua scriptura judicialiter exhibita, puta in duplicis, vel exceptionibus juramentum calumniæ exactum sit, & pars altera id non animadvertens non juraverit, an locum habeat pœna non jurantis, vel iudicium nullum reddatur? Et quanquam non desint qui affirmativæ subscribunt sententiæ: attamen æquior videtur negativa. Etenim hoc casu dolus abest, & malitia non jurantis, & potius malitia adversarii in eo versatur, quod in loco non consueto tale juramentum ad decipiendum incautum adversarium, & non apertè viva voce post factam negativam litis contestationem exegerit, inde propria malitia ei patrocinari non debet, tex. in c. ad nostram §. 1. de empt. vendit. & in c. sedes §. fin. de rescript. Atque ita etiam in Camera Imp. quandoque majoribus votis conclusum esse asserit *Geil. d. obser. 84. n. ult.*

121. Hactenus dictum est de personis quæ hoc juramentum calumniæ præstare debent, itè de pœna illorum, qui jurare recusant, & alius quibusdam quæstionibus, sequitur ut agatur de causis, de quibus juramentum hoc præstetur, vel non præstetur. Et præstatur regulariter in omni causa, si modo in illam calumniæ suspicio cadere potest l. 1. & l. 2. C. h. t. nec refert, an causa magna sit, aut exigua, an ordinata, an delegata d. l. 2. §. 4. an sit principalis, vel accessoria seu incidens. Quanquam si incidens principali cohæreat præstato super principali juramento super incidenti amplius jurandum non est. *Obrecht. d. tract. c. 8. n. 8. Vmmius ad process. judic. dist. 12. th. 10. n. 42.*

122. Item in l. 1. C. h. t. asseritur, quod in omnibus causis, in quibus requiruntur probationes, priusquam probetur, debeat præscribi juramentum calumniæ, ut religione juramenti studia contentionum cohibeantur. E contra igitur, quando non exiguntur probationes, tunc non opus est jurare de calumnia. Causæ autem in quibus non exiguntur probationes, sunt quando agitur super notorio facti permanentis. Nam notoria non requirunt aliquem ordinem juris, & ita potest iudex procedere etiam parte absente & lite non contestata. Item quando agitur contra confessum, probationibus opus non est. Cum confessus pro iudicato habeatur l. 1. ff. de confess. Igitur nec opus erit iuramento calumniæ: Ratio autem quare in his casibus non

non sint necessariae probationes, est, quod nemo debeat cogi ad probandum aliquid superflui c. sicut ext. de probat.

123. Num autem iusjurandum de calumnia etiam in criminalibus exigatur, quaestio intricatissima est? Negant hoc Wesenb. in w. C. de iure iur. propt. calumn. Sichard. ad rubr. n. 5. & ad l. 1. n. 6. & 7. C. h. t. Obrecht. d. tract. c. 8. n. 19. Setzerus de juram. lib. 3. c. 11. n. 8. Cujac. in Nov. 49. c. ult. tñ quod iurejurando calumniae de credulitate duntaxat iuraretur, in criminalibus verò non de credulitate, sed de veritate iurari oporteat l. Marcellus 11. ff. de act. rer. amot. tum quod in criminalibus permissum sit adversarium corrumpere l. 1. ff. de bon. eor. qui mort. quod in iuramento calumniae expressè prohibetur.

124. Verum his rationibus non attentis contrarium verius videtur, tum quia l. 1. C. h. t. generalis est, nec quicquam inter causas civiles & criminales distinguit, sed indistinctè atq; generaliter in omnibus causis iuramentum calumniae præstandum ait, tum quia in criminali causa, ubi majus versatur præjudicium & periculum, etiam cautius est agendum, atque maiori studio calumniae præcaveri debent Ampliſſ. & Clariſſ. Dn. Humm. Praeceptor & fautor meus aeternum colendus, in Resolut. Treutl. disp. 21. th. 4. Nobiliſſ. & Consultiſſ. Dn. Bocer. Praeceptor & fautor meus observandus, clasſ. 6. disp. 18. th. 13. lit. f. Clarus lib. 5. §. fin. quaest. 18. n. 3. Ubi ostendit hanc sententiam communiter receptam. Vinnius in disp. 12. ad proc. §. judic. th. 10. numer. 44.

125. An in secunda instantia seu in causa appellacionis hoc iuramentum locum habeat, olim maxime controversum fuit: Quidam enim statuebant in causa appellacionis de calumnia non esse iurandum: quia in una eademque causa non nisi semel sit iurandum Auth. hoc sacramentum C. h. t. Novell. 49. c. ult. Jam autem manifestum sit, quod appellacionis causa cum principali causa sit eadem l. unic. Ne in una ead. caus. ter. provoc. c. si autem §. si quis in quacunque 2. quaest. 6. Et hanc sententiam olim defendebant Placentinus & Az0.

126. Sed contrarium rectè defendunt Sichard. in d. Auth. hoc sacramentum, Obrecht. d. tract. c. 8. n. 9. & seq. Vinnius in disp. 12. ad proc. §. judic. th. 10. n. 42. Bartol. in l. 2. C. h. t. Marant. in specul. de judic. p. 2. tit. de juram. calum. n. 9. Geil. 1. obser. 85. n. 1. Matth. Wesenb. in supplem. Schneid. tit. Inst.

xit. Infit. de pœn. temer. litig. tum propter textum expressum in c. 2. in pr. de juram. calumn. in 6. tum quia quoties calumnia metuitur, toties de ea est jurandum. Jam autem non minus in causa appellationis, quam in causa primæ instantiæ calumnia metuitur: cum etiam appellatio temerè fieri possit. Et idèò quemadmodum in prima instantia si reus nollet jurare, haberetur pro convicto, sic etiam in secunda instantia nolens jurare haberetur pro convicto. c. 2. de confess. in 6.

127. Ad argumentum dissentientium respondendum est, quod quidè causa principalis, & causa appellationis sit eadem quoad merita causæ, sed sit diversa & separata quoad diversa, & separata judicia. Aliud enim iudicium est causæ principalis, & aliud causæ appellationis, & utrobique alii sunt iudices, & alia in pronuntiando servatur ratio. Hinc etiam in plerisq; Germaniæ iudiciis receptum est teste Mynf. 3. obser. 56. quod appellationes ad superius tribunal non admittantur, nisi appellantes jurent se non temerè, aut ad calumniose differendam causam appellare.

128. Quid autem, si non mutetur instantia sed mutetur duntaxat actio, an super mutata actione iterum sit jurandum de calumnia V. G. si primò egi ex mutuo ad centum, cui responsum est negativè: secutum est iuramentum calumniæ. Jam quidem manifestum est, quod lite contestata libellus mutari non possit. Finge autè consensu adversarii vel refuis expensis me mutare actionem, & dico mihi deberi 50. ex legato vel testamento, queritur an super illa nova actione de novo jurandū de calumnia, an verò prius jusjurandum se extēdat quoq; ad istam actionem. Et quoniam Interpretes communiter statuunt, quod super ista mutatione de novo sit lis cōtestanda, quia nisi de novo lis contestaretur, non posset fieri sententia definitiva tot. rit. vs lite contest. Sequitur utique etiam quod de novo iuramentum calumniæ præstandum sit: quia regulariter hoc iuramentum mox debet sequi liti contestationem.

129. De spiritualibus quoque causis, utrum ne iuramentum hoc admittant, quæstio expedita omninò non est? Quod enim in illis jurari soleat, expressè probare videtur c. 2. ext. de jurament. calumn. Contra verò quod in spiritualibus rebus locum non habeat hoc iuramentum probat. c. 1. §. ult. de juram. calum. in 6.

130. Quidam hos duos textus cōtrarios ita conciliari putant dicant

E cant

cunt in spiritualibus non desiderari hoc juramentum regulariter, id-  
que velle *d. c. 2*. Sed tunc solum præstandum esse, quando pro re spi-  
rituali possessorio iudicio agitur. *Setzerus in tract. de juram. calumn. lib.*  
*3. c. 3. n. 11. & seq.*

131. Sed magis amplectanda videtur conciliatio *wesemb. in*  
*z. C. h. t.* Ubi statuit per *d. c. 1. §. ult. de juram. calumn. in 6.* abrogatum esse  
*d. c. 2.* ita ut licet olim in spiritualibus rebus non consueverit jusju-  
randum calumniæ deferri, tamen crescente malitia clericorum  
postmodum decretum fuit ut etiam hoc à clericis exigeretur: nec  
immeritò, uti dictum est *th. 10 4.*

132. Quæstionem illam an in rebus feudalibus locum habeat  
juramentum calumniæ hîc addere superfluum erit, quia de illa tra-  
ctatum est *in th. 9 2. & duabus seqq.* Ubi quærebatur, an à domino Va-  
sallus & vice versa an Dominus à vasallo hoc juramentum exigere pos-  
sit? Interim illa hîc moveri potest quæstio, an juramentum calumniæ de  
cõtroverisiis feudalibus inter cõvasallos locum habeat? Quod affir-  
mádum est. Etenim jure feudali nec vasallis inter se litigantibus aliquid  
reperitur de juramento calumniæ remissum. *Vult. de feud. lib. 2. c. 3. n. 8.*

133. In causis Regum & Principum arbitrantur quidam hoc  
juramentum locum non habere: quia hoc propter illorum maiesta-  
tem & summam dignitatem exigi non possit. *Narra consil. 48 4. n. 47.*  
*Myns. 1. obser. 7 4. in fin. Obrecht. d. tract. c. 8. n. 13. Schrad. de feud. p. 10. sect.*  
*3. num. 77.*

134. Sed *Vmmius disp. 12. ad process. judic. th. 10. n. 43.* asserit, se hõ  
posse animadvertere, quomodo hæc assertio quorundam *Dd.* intel-  
ligenda sit. Si enim existimant, inquit, planè in causis Regum & Prin-  
cipum juramentum calumniæ exigi non posse, ut ne quidem ab ipso-  
rum Procuratoribus exigi possit, tunc ratio ab ipsis allegata in Pro-  
curatoribus cessat. Si v. opinantur tum demum juramentum illi locum  
non esse, quoties ipsi Reges & Principes in iudicio versantur, tunc  
ipsis opponendum est, quod regulariter illi iudicium in propria per-  
sona suscipere non possint *l. 25. cum Auth. seq. C. de Procur.* Et sic neutro  
modo decisio ipsorum procedere videtur.

135. In iudicio Revisionis quoq; præstatur juramentum ca-  
lumniæ. *Recess. deput. anno 1600. §. Vnd ob wol hiebey.* Item in recon-  
ventionem *arg. l. 44. §. 4. ff. fam. hercis. Mar. Socin. ad c. 2. n. 15. ext. demut.*  
*pet. Spec. in tit. de juram. calum. §. qualiter. Vmmius in d. disp. 12. th. 10. n. 42.*

136. Et

136. Et non tantum in ordinariis, sed etiam in processu sum-  
mario jurari de calumnia oportet, si id ab adversario petatur. *Bart.*  
*in l. cum iudices 2. n. 13. C. h. t. Zanger. de except. tit. de process. ordin. & extra-*  
*ordin. Iacob. Schultes observ. forens. 55. n. 7.*

137. Hactenus dictum de causis, in quibus iuramentum ca-  
lumniæ præstari debeat, vel non, sequitur ut agatur de forma. Hu-  
jus autem iuramenti forma consistit in eo, ut idoneo tempore, loco,  
& modo præstetur.

138. Tempus quod attinet, sciendum est, quod olim iura-  
mentum calumniæ, tam ante quam post litem contestatam jure ci-  
vili exactum & præstitum sit. *l. si quis 6. ff. de edend. l. thesaurus 15. ff. ad*  
*exhib. l. inter coheredes 44. §. qui familia ff. faml. hercis. l. 1. C. de juram. cal.*

139. Hodie autem id amplius ante litem contestatam præ-  
stari non debet, adeò ut si de facto contra fiat, sententia lata non  
subsistat. *Specul. de juram. calumn. §. 1. n. 3. Obrecht. c. 9. n. 8. Quanquam*  
*de causis emergentibus tam ante quam post litem contestatam hoc*  
*iuramentum præstandum esse contendit. Cyn. in l. 2. in prin. h. t. n. 6.*  
*Marant. de juram. calumn. n. 5.*

140. Hodie etiam ab Imp. Justinian. constitutum, quod tam  
Actor quam reus statim initio litis juret, se non calumniandi animo  
agere vel agenti reluctari. *l. 2. in prin. C. de jurejur. propt. calum. & Novell.*  
*49. c. ult. Et hoc vocatur iuramentum calumniæ generale.*

141. Hic commodè annexi potest illa quæstio, An præstiro  
à litigatoribus calumniæ iuramento generali, nihilominus ei, cui de-  
latum est iusiurandum, quod vocant iudiciale, à deficiente calumniæ  
speciale iusiurandum exigere liceat? Et multi sunt qui negativam de-  
fendunt sententiam, & habent rationes, quæ primo intuitu speciosæ  
videntur. Producent enim *tex. in auth. hoc sacramentum & auth. in isto*  
*C. de jurejur. propt. calumn. Ubi Imper. Justinianus constituit ut litiga-*  
*tores iurantes de calumnia, hoc quoque nominatim adiciant se ex-*  
*trahendi vel differendi negotii causa, probationes ab adverfa par-*  
*te non perituros. Ex quo textu colligunt, quod post calumniæ iura-*  
*mentum in principio litis super tota causa interpositum, deinceps*  
*speciale super certo articulo exigere & postulari nequeat, quamvis si*  
*ante præstitum generale iusiurandum hoc speciale rectè exigere arbi-*  
*trentur. Accursus in l. iusiurandum 34. §. qui iusiurandum in verb. exigatur.*



de jurejur. Sichard. & Dd. in d. auth. hoc sacramentum Spec. lib. 2. de juram.  
calum. n. 14.

142. Verum hac & aliis rationibus non obstantibus illorum  
sententiam magis ad veritatem accedere puto, qui statuunt hoc casu  
etiam exactioni juramenti specialis post interpositum generale ca-  
lumniæ jusjurandū locum habere, 1. quia expresse legibus cavetur,  
ut is qui juramentum defert prius de calumnia juret, nec additur re-  
strictio, nisi ante de tota lite calumniæ juramentum subjerit *l. jusjuran-  
dum 34. §. qui jusjurandum l. 37. ff. de jurejur.* Quamvis tum quoq; & an-  
te Justinianum in litis primordio de calumnia jurari solitum fuerit  
*l. inter coheredes 44. §. 4. ff. famil. erc. Cujac. in Novell. 49. c. 3. & in a. C. de  
jurejur. propter calumn. Wesen. ibid. n. 5.*

143. Accedit 2. hoc, quod is qui in exordio litis de calumnia  
jurat non jurat se calumniæ causa litem non movisse, verum se cre-  
dere & existimare, quod justam causam foveat, se non petiturū fru-  
stratorias aut fraudulentas dilaciones: de jure interrogatum, veritate  
non suppressurum, vel celaturum, se non usurum falsa probatione:  
nec ab adversario superfluum & non necessariam probationem exa-  
cturum &c. *l. 1. in princ. & auth. hoc sacramentum auth. principatus C. h. t.*  
Sed qui defert juramentū, jurare cogitur se non calumniandi animo  
deferre. Diversa igitur sunt utriusq; juramenti capitula, eoq; hoc spe-  
ciale generali non includitur. Et huic posteriori sententiæ ad stipulā-  
tur etiam J. C. t. præclarissimi. *Albericus de Rosato in d. l. jusjurandum 34. §.  
qui jusjurand. Pinell. in comm. ad tit. de jurejur. c. 13. n. 5. Cujac. in d. Novell.  
49. Beust. n. 5. in rubr. C. h. t. n. 178.* Et pro hac etiam sententiā à J. C. t.  
Witebergenlibus pronunciatum est teste *Rauchbar. lib. 1. quest. jur.  
Civil. q. 11. n. 5.*

144. Illa quæstio hoc locq; solet moveri, an consultius & utilius  
sit, ut etiam hodie in singulis causis advocati de calumnia jurent, vel  
ut semel tantum juramentum præstent: Prius defendit *gloss. in l. 23. C.  
mand. Specul. de advocat. n. 13.* Posterius verò veritati magis consenta-  
neum videtur. Nam si hoc saltem consideratur, quàm multi boni  
viri à foro se hac tantum de causa abstineant: quod tot sacramenti  
religionibus implicari nolint: certè consultius & Reipubl. utilius vi-  
detur, ut semel tantum ab iis sacramentum exigatur: quia hoc modo  
Religiosiores à vocationib. non absterrentur, sed iis potius crebrius  
operam impendant: & quia bonis viris semel præstitum jusjuran-  
dum

dum semper observatur animo: at improbis etiam sæpius repetitum nunquam occurrit.

145. Unde etiam hodiè in judicio Cameræ, & verè passim in Germania Advocati singulare habent juramentum: quod non in singulis causis, sed cum designantur in universum semel præstant. Forma hujus juramenti est in *Ordinat. Camer. p. 1. tit. 62. & 64.*

146. Jure Canonico si ab initio litis non juratum de calumnia, potest postmodum in qualibet parte litis jurari, cum hujusmodi juramentum præstari ab initio de substantia ordinis judiciarii non existat c. 1. in prin. de juram. calumn. in 6. Consultis. Dn. Boger. Class. 6. disp. 18. §. II.

147. Hinc oritur quæstio intricatissima, quo ulque scilicet in processu liceat reo, cui delatū est juramentum, speciale calumniæ jusjurandum exigere ab actore, qui detulit, an hoc fieri possit post sententiam, quæ nulla juramenti calumniæ facta mentione, necessitatem jurandi reo imposuit, si ante in actis reus actori deferenti illud injungi non petiit: V. G. Actor reo juramentum detulerat, reus conscientiæ religionem probationibus supplere volebat, sed cū in probando succumberet, per sententiam ei injunctum est, ut delatum juramentum præstaret. Quare reus post latam sententiam petebat ab actore calumniæ juramentum, jam quæritur, an hujus juramenti exactio in quacunq; litis parte adeoq; post sententiam, quæ reo delati juramenti præstationem imposuerat, locus sit: Et affirmativa melioribus nititur rationibus. 1. Ratio est, quod juramentum non alium in jure terminum habeat, quam ut exigatur, priusquam in causa principali juretur d. l. 34. §. qui jusjurandum. Et go in omni litis parte, quamdiu non est juratum, peti potest, nec ante censetur tacite remissum, quam si reus eo non exacto delatum juramentum præstiterit. Quocunq; enim tempore & loco ea explicari & expediri possunt, quibus peragendis non certus à jure locus vel tempus definitum est. Craver. conf. 14. num. 3. & tempus à lege non determinatum præsumitur esse perpetuum. Ias. in §. curare Inst. de action. n. 46.

148. Secunda ratio exinde sumi potest, quod juramentum calumniæ generale regulariter quidem in primordio litis interponatur l. 2. c. h. t. Si tamen tum datum non fuerit exigi possit in quacunq; judicii parte usq; ad conclusionem causæ, tex. in c. 1. & ibi Ca-

*nomista de juram. Calumn. in 6.* Imò post conclusionem in causa huius quoque juramento locus sit, si nimirum vel in causis summariis, hoc à parte postuletur, vel in plenariis hoc à iudice ex officio citra partis exactiorem imponatur, *Francis. Curt. in repet. d. l. 2. Marant. de ord. iudic. d. jurejur. c. 3. Amplif. Dn. Bocer. class. 6. disp. 18. 9. 11. Bald. ad. l. 1. n. 8 ver. sed nunquid C. h. i. & ad l. accusatoribus 4. n. 18. C. de accusat. Geil. 1. obferv. 84. n. 6. Roland. à Valle conf. 71. n. 32. 53. & 34. vol. 1.*

149. Nec aliquem moveat, quod pleraque juramenta quae non à parte parti deferuntur, etsi in quacunque litis parte paulò ante sententiam peti & imponi possint, post conclusionem tamen in nulla, & post litem sententiam regulariter non recipiantur, ut jusjurandum necessarium, vel suppletorium in litem & similia &c. Cum concludendo litigatores omnibus probationibus, deductionibus & allegationibus renunciant. *c. cum dilect. 9. de fid. instr. c. Pastor. 5. de causa propriet. & possess.* Nam considerandum est quod sententia illa, quae in proposito casu delationem jurisjurandi approbavit, non definitiva, sed interlocutoria sit, ac proinde res judicata appellari nequeat. *Lasan. in l. 1. & 2. & in l. quod jusit. de Re judic. Canonista in c. cum cessante ext. de appellat.* Neque dici potest conclusum hinc in causa, vel iudicium terminatum esse, cum reus jusjurandum delatum nodum praestiterit, *arg. l. post rem 56 ff. de re judic. §. item si quis postulante. Inst. de action.*

150. Multò minus impedit, quod sententia non simul iuramenti calumniae mentionem fecerit: quia hoc nec fieri potuit, nec debuit. Juramentum enim hoc iudex, sine eius, cui delatum est principale iuramentum, petitione, ex officio supplere non potest. *§. qui jusjurandum vers. exigitur.* Nec etiam ideo existimari debet, per sententiam reo potestatem petendi ademptam esse, cum illud in sententia non exprimitur, ac proinde subintelligi non possit. Nam si quid hinc deest sententiae illud potius ex iure, quam contra ius suppleri debet, ut sententia secundum terminos & regulas iuris accipiatur. *Socin. consil. 134. n. 1. vol. 1. Cravet. consil. 10. num. 2.* Et casus per sententiam non decisus sub iuris communis dispositione remanet, *arg. l. 22 ff. solut. matrim.*

151. Secundum requisitum, in quo forma iuramenti calumniae consistit, est locus. Et quidem regulariter hoc iuramentum praestatur

statum coram tribunali, seu in eo loco quo iudex iudicare consuevit  
*l. 2. in fin. prin. ibi Evangelis ante iudicem positus C. h. t.* Ratio autem hu-  
jus hæc à Dd. affertur, quia hac ratione magis ex conscientia jurare  
videtur, qui coram iudice, D e i ministro, jurat, & deinde quia  
si pejerat, etiam melius ab eo coërceri poterit, coram quo falsum  
iuravit.

152. Hoc autem in multis casibus fallit, 1. Etenim interdum  
personæ dignitas facit, quo minus quis in iudicium ad iurandum de  
calumnia venire cogatur. Illi enim, qui in dignitate aliqua constitu-  
ti, ut sunt personæ egregiæ, in loco publico seu in iudicio hoc iura-  
mentum præstare non tenentur: sed sufficit, ut ab ipsis domi, parte  
adversa velejus Procuratore præsentem, præstetur *d. l. 2. §. fin. autem.*

153. Quæ verò sint personæ egregiæ, non facilè est definire:  
sed ex cuiusq; dignitate, amplitudine, ex estimatione, & celebritate,  
id prudens iudex æstimare debet. *Duar. in not. ad tit. ff. de iurejur. c. 7.*

154. Quando autem hoc casu ad egregiam personam pro-  
fectio instituitur, id fiat communibus expensis: ne quod egregiæ  
personæ pro beneficio est concessum, vergat ipsi in pœnam *l. nulla  
2. §. ff. de LL.*

155. Secundò aliquando necessitas facit, quo minus quis  
consueto loco iuramentum calumniæ præstare possit: veluti si liti-  
garores morbo aut senectute impediuntur, quo minus ipsi in iudici-  
um venire possint *l. ad personas egregias 15. ff. de iurejur. & c. si qui testium  
& ext. de testib. & attestat.*

156. Tertio interdum sexus facit, ne quis in iudicio com-  
parere cogatur. Nam si mulier honestæ vitæ, de calumnia jurare de-  
bet, id non facit in iudicio: sed mittuntur ad eam cohortales, qui ab  
ea iuramentum suscipiunt *d. l. 2. §. fin. autem.* Et tum fortè unâ adver-  
sarius quoq; mulierem olim accessit. At postea *Nov. 124. c. 1. vers. si  
vero mulier,* singulariter constitutum est, ut honestiores, & verecun-  
diores matronæ solos officiales, non etiam adversarium in domum  
admittere teneantur.

157. Hodie autem in Germania mulieres interdum in iudi-  
ciis comparent. Et tunc ab iis iuramentum calumniæ non malè exi-  
gitur. Interdum verò ad honestiores domum officiales mittuntur.

Piz-

Plerumq; tamen per Procuratores vel Curatores suos in iudicio jusjurandum de calumnia præstare solent.

158. Quarto aliquando absentia quoq; facit, quo minus in iudicio juramentum calumniæ præstetur. Si enim actor in alio est loco, etsi per Procuratorem causam agit: non ante procuratori suo causam administrandam mandare potest, quam actis intervenientibus, coram provinciæ illius præside vel locorum defensore sacramentum calumniæ præstiterit *d.l. 2. §. si autem alterutra C. h. t.*

159. Sic si etiam reus abest, & per stipulationem iudicatum solvi Procuratorem constituit, vel pro eo defensor intervenit: non aliter Procurator vel defensor admittitur: nisi vel ipse reus præsentis actore vel præsentis Actoris Procuratore vel utroq; absente inter acta jusjurandum de calumnia præstiterit *d.l. 2. §. si autem 3. vers. simili- que modo.*

160. Quia verò jure Canonico per Procuratorem, qui speciale habet mandatum jusjurandum de calumnia præstari potest, *c. ult. de juram. calumn. in 6.* idcirco absentia partis nihil obstat: sed plerumque per Procuratorem de calumnia juratur *d.c. ult.* Rectè additur vocabulum plerumque, quia interdum rejecto Procuratore juramentum calumniæ à principalibus exigitur *c. in peractandis 3. de jurament. Calumn.* Quæ sententiæ etiam hodiè in iudiciis observari solet.

161. Tertium requisitum, in quo forma juramenti calumniæ consistit, est **modus**. Hic autem consistit in certis capitibus. *Vniversi disp. 12. ad process. judic. b. n. n. 49.*

162. Primum caput hujus juramenti continet, quod litigatores credant se bonam causam fovere *daß sie glauben ein gute Sach zu haben.* Actor idèd ita jurat se non calumniandi animo litem movisse, sed existimando se bonam causam habere *d.l. 2. in pr. & §. 1. Inst. de pœn. temer. litig.* Reus verò ita juret, quod non calumniæ causa sed putans se bonâ instantiâ uti, ad reluctandum venerit *d.l. 2. prin. C. h. t.*

163. Idèd autem hîc Actor & reus tantum de opinione & conscientia sua jurat: quia hujus juramenti proprium est, quod magis in opinione & credulitate, quam scientia & asseveratione certa consistat. *c. dudum 54. ubi gloss. de Elect. & d.l. 2. §. quod observari. vers. licet.*

Hinc

Hinc si de calumnia jurat, non præcise jurat, sed ex conscientia. Unde etiam hoc juramentum non appellatur veritatis, sed credulitatis juramentum.

164. Secundum caput hujus juramenti continet, quod litigatores jurent se differendi negotii causa probationes vel dilationes non exacturos. *Consult. Dn. Bocer. clas. 6. disp. 18. b. 9. Gilken. ab h. t. num. 2.*

165. Sed contrarium hodiè in omnibus penè judiciis esse receptum asserit *Obrecht. d. tract. c. 10. n. 34.* ita ut plures dilationes soleant dari non solum ad probandum, sed etiam ad excipiendum, replicandum. Hinc Speculator putat melius esse hunc articulum plane omitti: quia hoc retento, litigatores ferè semper fient perjuri. Præstito enim juramento calumniæ plerunq; superfluas probationes petere solent.

166. Tertium caput hujus juramenti continet, quod litigatores interrogati in jure verù fateri velint, *gloss. in c. 1. de jurament. calum. in 6. Specul. tit. de jurament. calum. §. nunc dicamus in princ.*

167. Quartum caput hujus juramenti continet, quod litigatores jurent nihil penitus patrocini causa iudicibus vel alii cuiunque personæ pro hac causa datum promissumq; esse: nihil quoq; datum promissumq; iri vel per se vel per intermediam personam, præter honoraria Advocatis præstanda & sportulas executoribus. *Novell. 124. c. 1. Vbi Cujac.*

168. Hæc porro hujus juramenti requisita vulgaribus hisce versiculas continentur.

*Illud juretur, quod lis sibi justa videtur,  
Et si quaeretur, verum non inficietur,  
Nil promittetur, nec falsa probatio detur,  
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.*

169. Meritò etiam Ummius in *d. disp. 12. b. 11. n. 49. refutat. Obrecht. d. tract. c. 10. n. 2. & seqq.* asserentem, quod etiam ad formam hujus juramenti referendum sit, quod juramentum hoc revera ore præstandum sit, nec sufficiat, si quis alium id legentem audiat. Etenim hoc cum juramentis aliis commune habet, ut tanquam specificum huic juramento tribui non possit.

170. Et quanquam olim hoc iuramentum tantis sacrosanctis Evangeliiis præstabatur l. i. §. i. & l. 2. in prin. C. h. t. hodie tamen in quibusdam tantum Germanie iudiciis tanta sacra scriptura iuratur. In plerisque autem locis hoc sublatum est, ita ut hodie dextera manu, & porrectis duobus digitis, indice nimium & medio hoc iuramentum præstetur: semper etiam iurans expressis verbis declarare debet, se formam sibi præstatam sanctè observaturum.

171. Hoc iuramentum litigatoribus prælegi solet tali forma: *Ihr werdet (oder sollet) schweren ein Eyde zu Gott (si Procurator fuerit, addi solet in ewer Partheyen / vnd ewer eigene Seel) daß ihr glaubet ein Rechte gute Sach zu haben / darumb ihr sezt im Rechte siehet: daß ihr auch so ihr im Rechten vom Richter gestraget werde die Wahrheit nicht verhalten wolt; oder adredig zu sein / daß ihr auch kein vnnotürstfretzen gefährlichen Schub der Sachen begehren wolt: Auch in dieser Sachen niemand anders dann den jenigen / so das Rechte urtheilt / etwas geben oder verheissen hat / auch furhin nichts geben noch verheissen wollet / damit ihr die Urtheilerlangen vnd erhalten möget / alles gerechtlich / vnd vngesährlich. Kayf. Cammergerichts Ordnung p. i. tit. 65.*

172. Hastenus dictum est de forma iuramenti calumnie, sequitur ut etiam agatur de fine & causis, propter quas introductum sit hoc iuramentum. Primò igitur ideo hoc jus iurandum receptum & introductum est, ut hac ratione calumnia evitaretur, quia huius Sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescitur, ut ait *Imp. Iustin. in l. i. in fin. prin. C. h. t.*

173. Secundò idcirco hoc iuramentum inductum est, ne litigatores iniustus & non necessariis probationibus onerarentur, *Novell. 49. c. ult.* Jurantes enim de calumnia promittere tenentur: se differendi negotii causa probationes minimè petituros, de quo actum est §. 164.

174. Tertio introductum est iuramentum calumnie, ne lites multiplicarentur sed cohiberentur potius *l. fratru 13. C. de transact.* Multi enim iuramento calumnie deterriti, malunt non litigare, quam hoc iuramentum præstare,

175. Quarto introductum est, ne lites motæ eò facilius ac melius dirimi possent *d. l. §. sic enim in fin. C. de iurejur. propter calumn.*

176. Haecenus de fine hujus juramenti dictum, sequitur effectus. Primus ergo hujus juramenti effectus est, quod deinceps calumniae suspicionem cessare faciat. *Marant. de juram. calumn. num. 12. Menoch. I. Praesum. 85. num. ult.* Uterq; enim jurans calumniam evitat, & litem bona fide suscepisse praesumitur, aded ut de juramenti praestiti veritate disputari non liceat. *Obrecht. d. tract. 6. 12.*

177. Quod tamen tamdiu solum procedit, usque dum expressè & evidenter de calumnia appareat. Quo eveniente nihil vetat super calumnia quaestionem movere. *Marant. d. n. 12. & seq. 16. cob. Schultes. obser. forens. 54. n. 24.*

178. Quin etiam hoc casu pejerantem calumniatorem propter perjuriam accusari & puniri posse contendit. *Obrecht. d. 6. 12. n. 5. & seqq.* Ubi tamen ita distinguit, aut aperte constat jurantem commississe calumniam, & ita esse perjurum, aut verò non aperte constat. Si non aperte constat, tunc jurisjurandi contempta religio satis Deum ultorem habet *l. 2. C. de reb. cred.* Quod si verò litigatorem calumniam commississe aperte constat: omnino ut perjurus est poena aliqua afficiendus.

179. Hinc occurrit illa quaestio an perjurio sit aliqua certa poena etiam de jure Civili constituta? Quod in pejerantem poena etiam de jure civili constituta probat *l. 4. §. 1. C. de transact. l. 13. §. fin. ff. de jur. jur. l. 22. ff. de dolo l. ult. ff. stellionatus l. 17. C. de dignitat.* E contra verò quod perjurium satis Deum habeat ultorem probat *d. l. 2.*

180. Variè autem has leges conciliare nituntur Interpretes iuris. Donellus statuit perjurium regulariter de jure civili nullam habere poenam, sed tamen certos quosdam casus in jure occurrere, exceptos à regula proposita *in d. l. 2.* in quibus hoc iusiurandum puniatur, qui casus continentur in textibus modo adductis.

181. Duar. in his legibus conciliandis ita distinguit, aut ex calore iracundiae sine alterius incommodo quis peieravit sive in Deum sive in principem, & ille non tenetur de perjurio, & de hoc casu accipi debet *d. l. 2.* Aut verò fraudandi causa vel in contrahendo extra iudicium, vel in iudicio peieravit, & tunc de jure Civili etià de perjurio tenetur, atq; de eo intelligi debet cæteri textus modo allegati.

182. Omnium autem optima illorum videtur conciliatio qui circa propositam quaestionem ita distinguunt, ut si iuratum sit calore



iracundiæ, id periurium satis habeat Deum ultorem, nec pœna temporali puniatur, *arg. l. quicquid calore ff. de R. l. Sin autem deliberato, tum si per Deum iuratum sit, itidem Deus tantum sit vindex d. l. 2. Sin autem per Principem, puniatur d. l. 13. §. fin. ff. de iurejur.* Et hanc conciliationem etiam approbat *Ampliss. & Consult. Dn. Hunn. in Resolut. Freutl. vol. 1. disp. 21. §. 8.*

183. Hodie hæc quæstio non magnum usum habere videtur, cum periurii pœna in novissima constitutione Caroli V. quæ extrat *artic. 107. & 108. criminal. Constit. definita sit.*

184. Secundum effectum huius iuramenti calumniæ quidam statuunt, quod iurantem ab expensarum refusione liberet, verum contrarium sine dubio verius est. Et ratio huius est, quia temerè causam egisse convincitur *l. 79. ff. de iudic. ut ita meritò in expensas condemnatur. Accedit & hoc quod eo modo raro quis in expensas condemnari posset, quia super calumniâ ferè semper iurandum est. Zas. in l. properandum §. sin autem alterutra n. 39. C. de iudic. l. si in l. ait prator. 3. n. 14. ibi sexiò nota. ff. de iurejur. Iacob. Schultes obser. forens. 54. n. 45. Covarr. pract. quest. 27. n. 1. Obrecht. d. c. 12. n. 12. & seq. Vmmius in d. disp. 12. §. 11. n. 51. Et tantum etiam de hac materia.*



## COROLLARIA.

1. Princeps vel Magistratus Christianus, si ab alio Christiano iniquè bello vel crudeli persecutione premittur, non potest cum Turcâ vel alio infideli fœdus inire, & ab eo auxilium adversus alium Christianum Magistratum persequentem petere. *Lutter. Hutter. in tract. de fœderib. Anton. Coler. de iure Imper. conclus. 77. Ampliss. Dn. Hunn. precept. & fautor meus colend. in tract. de pact. c. 2. q. 4. Alberic. Gent. lib. 3. de iure belli c. 19. Clariss. & Consult. Dn. Reintingsl. preceptor & fautor meus observandus, in suo tract. de Regim. secular. & Ecclesiast. lib. 2. class. 3. Bodin. lib. 5. de Repub. c. 5.*

2. Feudum emptitium, sive paterna pecunia emptum non imputatur in legitimam. *Schrader. de feud. p. 7. c. 5. n. 46. & seqq. Ampliſſ. Dn. Gothofr. Ant. diſp. feud. 6. th. 8. li. D. Conſultiſſ. Dn. Hunn. in tract. feud. c. 10. pag. 244. Heig. p. 1. q. 25. n. 69. Knich. de Sublim. & reg. territor. jure. c. 1. n. 156. Mynſ. cent. 5. obſer. 74. n. 4. Wurmbs. 1. obſer. 3. n. 2. tit. 51. Diſſent. Roſenth. de feud. c. 7. conſul. 13. n. 31. Hartman. Piſtor. lib. 2. p. 2. q. 38. n. 44. & ſeqq. Köppen. deciſ. 39.*

3. Clerici ſeu Eccleſiaſticae perſonae Magiſtratus Politici juridiſtioni jure ſubefſe debent. *Rom. 13.*

4. Actio injuriarum civilis ex lege Cornelia competens non eſt annalis ſed perpetua. Ratio eſt quia actiones civiles h. e. quae ex legibus proficiſcuntur perpetuae ſunt, nec minori quam triginta annorum ſpacio extinguntur, per regulam traditam *in prin. Inſt. de perpet. & tempor. action. l. 3. l. 4. de praſcript. 30. vel 40. annor. Ampliſſ. & Conſult. Dn. Nebelſtra Præceptor & fautor meus obſervandus in ſuis deciſ. lib. 1. q. 8. Clar. lib. 5. ſentent. §. injuria. n. 9 Farinac. in quaſtion. criminal. lib. 1. tit. 15. q. 10. Duar. de injur. c. 2. Roland. 2. conſil. 39. n. 15. Geil. 2. obſ. 104. n. 4. Mynſ. 1. obſer. 84. 5. obſer. 7. Ubi refert ab Adleſſoribus Camerae Imperialis in duabus cauſis ita judicatum fuiſſe.*

5. Summus Princeps etiam ex plenitudine poteſtatis non poteſt ad feuda antiqua foeminam habilitare, in praedictum maſculorum jus ſuccedendi habetium. Ratio eſt, quia quod noſtrum eſt, id ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. *Covarr. 3. var. reſolut. c. 6. Forſt. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 6. c. 36. n. 9. Pinell. in rubr. ad l. 2. C. de reſcin. vend. c. 2. n. 8. & ſeqq. Harrm. Piſtor. lib. 2. p. 2. q. 34. n. 39. Schrad. de feud. p. 7. c. 4. n. 51. & 52. Schneid. de feud. p. 6. n. 37. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 46.*

6. Si vafallus pater, qui ob culpam commiffam feudo privandus erat prius moritur, quam dominus ad-  
versus ipsum actionem ad privationem feudi instituerit  
tunc dominus postea contra heredes illius actionem ad  
privationem feudi instituere nequit. *Vult. 1. Feud. 11. n. 66.*  
*Celeberrim. Gothof. Ant. disp. 8. th. 8. lit. e. Zas. p. 8. n. 75. Sonsb.*  
*p. 12. n. 31. Mynf. cent. 3. obs. 97. Menoch. consil. 99. n. 108. & conf.*  
*334. n. 6. Geil. 2. obser. 51.*

7. Agnatus etsi dicit ad requisitionem vendere  
volentis, nolo emere, adhuc tamen alio emente retra-  
here potest. *Schrad. p. 8. c. 2. num. 50. Amplif. Dn. Bo-*  
*cer. Præceptor meus obseruand. class. 3. disput. 22. thes. 54. Ro-*  
*senth. c. 9. conclus. 78. n. 1. Sonsbek. p. 13. n. 138. & seqq. Tiraq. de*  
*retract. consang. §. 1. gl. 9. n. 145. Vultej. 1. Feud. 11. n. 109. Schur,*  
*consil. 132.*

8. Quod vafallus contra antiquiorem dominum  
posteriori seuire non possit, *tex. est expreff. in tit. 28. §. con-*  
*tra omnes lib. 2. Feud.* Huic igitur obligationi vafallus post-  
ea feudum ab alio accipiendo nihil derogare aut præju-  
dicare potest, ita ut etiamsi antiquior & posterior do-  
minus bellum invicem movent, posteriori adversus an-  
tiquiorem nec contributionem suppeditare, nec per  
substitutum suppetias ferre possit. *Rosenth. c. 8. conclus. 16.*  
*n. 4. & seqq. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 47. n. 39. Consult. Dn. Hunn.*  
*in tract. de feud. pag. 370. Schrad. c. 6. n. 21. p. 6. Zas. p. 7. n. 28.*  
*Vult. lib. 1. feud. c. 10 n. 30.*

9. Capitalis famosi libelli pœna in *l. unic. C. de fa-*  
*mof. libell. & artic. 110. ordinat. criminal.* in autores & pro-  
palatores constituta, illis quoque imponenda venit, qui  
nomen suū subscribunt, seq. autores profitentur. *Amplif.*  
*Dn. Bocer. class. 3. disp. 4. de injur. th. 35. Wes. in ff. ad tit. de in-*  
*jur*

*jur. & fam. libell. n. 19. Clariss. Dn. Harprecht. in comment. ad tit. Inst. de iniur. §. 1. n. 151. Petrus Heigius quest. jur. lib. 2. q. 31. n. 32. & seqq.*

10. Minor 25. annis, modo annum decimum septimum complevit, & annum decimum octavum attingit, potest esse Procurator ad litem. Ratio est, quia ille postulare potest. Igitur multo magis Procuratorem agere potest, quia plus est postulare, quam Procuratorem agere.

11. Si dominus fundum Emphyteuticum, finitâ generatione ad se reversum iterum concedere in Emphyteusin vult, non tenetur præcisè prioris Emphyteutæ consanguineis dare, sed potest etiam extraneis concedere. *l. dudum 14. C. de contrah. empt. & vendit. l. in re mandata C. mandat. Consult. Dn. Bocer. class. 2. disp. 14. rh. 78.*

12. Quamvis Elector Palatinus ex *aur. Bull. tit. 5. §. fin.* hoc jus habeat, ut Imperator vel Rex Romanorum coram ipso conveniri possit, hoc tamen non extendendum est ad bona feudalia. In his enim ortâ lite inter dominum & vasallum coram Paribus curiæ controversia definienda est, *tit. 39. lib. 2. Feud. §. si inter. Schrad. de feud. p. 10. sect. 5. n. 43. Rosenth. de feud. c. 12. conclus. 3. n. 15. Consult. Dn. Reinkingf in suo tract. de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 5. Vult. de feud. lib. 2. c. 2. num. 29. Borch. de feud. c. 10. n. 6.*

SOLIDEO GLORIA.

AD



AD PRÆSTANTISSIMUM

VIRVM Dn. IOHANNEM CHRISTIANVM

SCHERERUM *de litis Contestatione & juramen-*  
*to calumnia disputaturum.*

**I**MPEDIT ex Erebo prognata calumnia rectum.  
Intra extraq; forum, cor petit, urit, edit.  
In rostris abjurari statuere nocivam  
Pestem hanc jura, dolis ne locus esse queat.  
Sic in judiciis quoque litem ante omnia firmam  
Constitui causæ est, parte ab utraque, CAPUT.  
Hanc quia materiam præstans SCHERERE revolvis  
In cathedra, rectum te peramare doces.

*Johann. Wynckelman. D.*

II.

**N**OBILIS hic labor est, laudemq; meretur honestam,  
Docere, Candidate dilectissime,  
Quâ contestari litem ratione modoq;  
Oporteat, calumniæq; splendidum  
Solenni juramentum præstare tenore,  
Coram Deo, perjurii acri vindice.  
Ast, quales nunc sunt mores, me iudice, felix  
Iuris perit us ille jure habebitur,

*Qui*

*Qui longas potis est recte componere lites,  
Finire tristes atq; controversias.  
Laudati patri hinc vestigia sedulus urge,  
Nec tetiq; seram fulgidum Themis tibi.*

Balthasar Mentzerus.

---

III.

**S**ÆPE fui similes clari virtute parentes  
Progingnunt gnatos, & semina pulchra propagant  
Virtutum, & vivâ gnatorum in imagine splendent.

TU SCHERERE, patris soboles præclara celebris,  
Semina virtutis patriæ præstantis adeptus,  
Sedulus eximii sinuosa volumina Juris  
Verfasti, & multæ tibi cognitionis acervos  
Nactus es, & meritò *Doctorea* ritè brabea  
Expetis, in nitidâ problemata docta cathedrâ  
Discutiens solvis nodos Jurisq; recessus  
Detegis, atq; probas vires & mentis acumen.

Gratulor ipse tibi de tam conatibus amplis,  
Quos tibi ter sanctus feliciter usque Jehova.  
Hisce vale, sospesq; vige per Nestoris annos.

*Iustus Feurbornius, S. Theol. D. Profess.  
& Ecclesiastes.*

---

IV.

**Q**UOD tu uno fraterq; tuus conamine summam  
Sacra ti ad juris met am properatis honestè,  
Laude vehi hoc dignum est nostris & grata Camanis

G

Et no-

Et nova res hæc est, parili virtutis amore  
Conatu & parili conscendere publica Fratres  
Pulpita, & ingenii præclarum exponere fatum.  
Indeꝑ, pro meritis sperata brabea trophæis  
Lucrari, & juris nancisci insignia summa.  
Sic spes de studiis me olim pulcherrima vestris  
Fovuit, cum gnarâ vos sedulitate viderem.  
Difficiles juris me præside solvere nodos  
Et Pandectarum sinuosa volumina acutè  
Continuâ serie lustrare, ego gratulor ergo  
Cæptis, quæ summus pulchris successibus opto  
Iora beet, vobisq̄, dunt felicia quæque.

Congratulando de properabat

Theogorus Reinkingf D. Habs-  
Darmst. Confiliarius.

V.

**H**Aud pravo obsistes. Si pars tua dextera pugno  
Alterius caleat, facie versa altera promptè  
Excipiat, bucca qui porro intenditur ictus:  
Et qui iudicio tecum contendere certat,  
Auferat ut tunicam tibi litigiosus, eidem  
Quæ superant etiam nudus tegumenta relinque:  
Quiq̄, ad millenos passus tibi mandat abire  
In fonti, hos etiam geminatos curre viator.

Christe tua hæc vox est: Sed quis det, ut omnibus ista  
Mens fiet, & verbis factum bene consonet istis!  
Te laudo, docti generosa propago parentis

SCHE-

SCHEREOE; ad leges quod sic ostrea atq; tribunal  
Dirigis, ut fiat liti meta, omnibus æquum.

*Amici affectus & gratulationis causa lmq; f.*

*M. Christoph. Scheiblerus, Prof. Log.  
& Metaph. & Padagogiarcha.*

---

VI.

**N**on prece, nec precio gaudes gestamine honoris,  
Ordo quo scholicus te beat ingenuum.  
Gratia quin tibi nec claros indulget honores,  
Quod quis ter geminum dedecus esse neget?  
Eusebie pernoxq; tibi in studiis labor alma  
Ter geminum Themidos promeruerè decus.

Fautori & Amico suo  
colendo f.

Johannes Steuherus SS. Theol.  
& Hebr. Ling. Professor.

---

VII.

**P**RO THEMIDE innumeros præstat subiisse labores:  
Et tortos legum expediisse sinus:  
Ingenio certasse palam, palmamque tulisse:  
Atque alia ex aliis clara adiisse loca.

G 2 Jam



Jam vidisse LANI limfas: Colonia magna,  
Et quæ sunt aliis eulta Lycea locis:  
Jam geminam NICRI ripam penetrasse, ubi Titan,  
Et Tubias Nimfas lumine lustrat eas  
Hæc tibi Docturæ summum pepere triumphum  
SCERIADE & famæ nomina perpetuæ.

*Amicæ acclamationis & gratulationis  
ergo posuit*

*Christian. Liebenthal J. U. D.  
& Profess.*

---

IIX.

**A**rdua res certè est divina scientia juris  
*Qua nihil est melius, nobiliusq; nihil.*  
Hac aulas Regum cuncto moderatur ab ævo,  
*Hac est qua Regum sceptrâ superba regit.*  
Nam nisi Justitiæ preciosa Scientia primas  
*Obtineat, rerum nig, suprema gerat;*  
Omnia nunc videas sursum ferri atque deorsum,  
*Miscerique polo, qua tenet ima solum.*  
Hanc omni studio coluerunt tempore cuncti,  
*Quos fovit sancto vel Themis ipsa sinu.*  
Hinc videas animi cultu valuisse Dynastas  
*Qui se Justitiæ cunque dedere Sacræ.*  
Tu quoque ut hanc possis CHRISTiane augere cohortem  
*Comprecor & oro, dulcis amice, tibi*  
Et spes ipsa iubes de te sperare quod usquam  
*Sperasti à Justo debuit atque bono.*

*Ergo*

*Ergo ita procedas cepisti ut gnarviter; imo*  
Res bene succedat, quæ modo cæpta tibi est.

*Amico & commensali meo suavissimo,*

*Sinceri amoris & fausta acclamationis*  
*Ergò appovebam*

M. Israël Bringius  
Svecus.

---

IX.

**U**T trahit ancipites animi sententia multos,  
Utque inter doctos lis gravis orta Viros:  
Utrum Anima in nobis Divinitus inspiretur?  
An potius tradux de Patre nata fiet?  
Sic *Christiane* movet Varios tua mascula Virtus,  
Quærentes; tradux sit Patris illa tui?  
Tam Patris in mores, virtutesque arduus instas,  
Ingenioq; refers, judicioq; Patrem.  
Nam super alta volans fuerit quæ summa Parentis  
Virtus, & Phæbi copia dives opum,  
Non referam: totum satis est cantata per orbem,  
Perq; ora hæc potuit viva volare Virum.  
Huic te jam similem præsentiluce probabis,  
Sacratæ Themidos pulpita clara tenens.  
Scilicet ut Iuris saltus indagine lustres,  
Ac tandem meriti dia brabeia feras.

G 3

Re-

Rectè sic tradux Patris est à sanguine Virtus,  
Sic Pater in Gnato post sua fata Viret,  
Vividus ut matrem non fallit testes olivæ  
In te sic Pietas vivit adulta Patris,  
Macæ igitur virtute tua *Christiane*, renatum  
Et genito genio pergere referre Patrem.  
Sicerit, ut Patri similem te nescia Virtus  
Evehat ad Cœli sidera celsa mori.

*Fausta acclamationis ergo*

*properabat*

Bernhardus *Südeking* Lemgovia-  
Westphalus.

X.

**G**virtute falsiloquo quondam cecinere Poeta,  
Astræam superos appetuisse polos,  
Et fugisse homines & terras cæde madentes,  
Secula justitiæ nec viguisse magis:  
Non ita, nam lites & cædes & Catilinam  
Quoq; loco videas, quaq; sub axe poli:  
Secula nec quondam magis aurea credo fuisse  
Quam nunc! nunc etiam pulpita jurant

No.


Nostra viros etiam tulit etas juris amantes,  
Testis erit locuplex GISSA vel unatibi,  
Illanovas iterum satagit conferre tias,  
Sertaparacapiti docte SCHERERE tuo  
Nam quialaudis amans patriæ, tibi juris  
æqui


Querere notitiam sedula curafuit:  
Hinc certamen inis, dubio procul inde redibis  
Victor ovans, nostraplaudimuseccemanu!  
Macte animi, cathedram conscende, & pelle  
timorem,  
Et studii & pugnae digna brabeia feres.

applaudebat

Anton. Affelmann Susato-  
Westphalus.

F I N I S.





35. Medicor, de dignitate equestri.
36. Schaeffer, de officio praefati castelli ad extrema obligati, seu sibi an optine sua, et si nunc dicitur cogitatio morum, ubi sit nunc dicitur cogitatio. *Plutarchus*.
37. Schaeffer, de peri cu losa conceptione instrumenti.
38. Romerfeldhausen, de parentibus inter liberos dispo-  
nuntibus eorumque iuribus.
39. Pessel, exorc. acad. appendus solam ig norantiam  
quantumvis iustam et probabilem nullam operari resti-  
tutionem d. p. aduersus qualemcunque praescriptionem.
40. Pessel, de edicto D. Hadriani tollendo.
41. Pessel, utrum unus testis faciat torturae locum?
42. Paoclysch, de reuenditionis pacto.
43. Fuchs, matrimonium modo inconusue celebra-  
tum validum.
44. Graffland, de conditione fortuna.
45. Grammelich, de illicito concubinato.
46. Grande, de iurejurando iure voluntario iure necessario  
iure iudiciali
47. Grantzius, de tacite renunciatione iuris et lapsu  
fatalium quae sit.
48. Judebeor, navigatio ad romanos usurarum.

49. Schaeffer, de acquitate edicti, quod quisque juris in alterum  
placuerit, ut ipse eodem jure utatur.

50. Schaefer, an genus, vel nomen actionis in libellum  
fit exprimendum.

51. Schaefer, de affirmatione contract. unilateral.

52. Schaefer, de convenientia et inconvenientia excom-  
municatiois majoris cum basno imperiali, in genere.

53. Schaefer, de juris romani indulgentia circa concubitum.

54. Schaefer, de juri interrogatio sum.

55. Pauli, observationis curiosae, ex jure variis.

56. Pauli, de crimine atheismi ejusque poena.

57. Penningbittel, de testamenti imperfecti approbatione.

58. Carpzow, de usuris.

59. Ludovicus, de collatione bonorum.

60. Ludovicus, de mora tam debitoris, quam creditoris.

61. Ludovicus, de fidejussoribus.







Interdum tamen, tam heredibus  
media competunt. Olim enim potestas erat  
di fideiussores: Sed nouissimo iure non permi-  
forem conueniri prius, quam excussio fiat in  
isq̄ inueniatur minus idoneus.

XXVIII.

Sed, si fideiussor se obligauit vt prin-  
suum proprium, nisi in specie beneficio exc-  
C. eod: renunciauerit, recte Hyppol. de Ma-  
debitore non excusso, affirmat, quod & nos  
Elect: contrarium tueatur.

XXIX.

Si plures sunt fideiussores, singuli in so-  
& conueniri possunt, siue id nominatim co-  
omnes sint soluendo, siue non,

XXX.

Contra quam tamen exactionem solida  
Epist. D. Adriani succurritur fideiussorib. a  
tor a singulis, modo soluendo sint, virilen-  
latur, nisi & isti beneficio in cautione

XXXI.

Quod si vnus ex fideiussorib. se  
subueniri solet, vt creditor compellatur vnu  
ipse habet, adeo vt in solidum condemna-  
niri coeperit, idem desiderari possit, & hoc  
ante solutionem aut in ipsa solutione aut etia  
libet spontaneam.

XXXII.

Et cedi debet actio talis, qualis fa-  
adeo, vt si in solidum soluit, ius, quod  
cedendum est.

Sil.

ribus Iuris re  
to reo, eligen-  
iter interces-  
is principalis,

ndo debitum  
uth. praesente.  
ueniri posse,  
muis Const:

re obligantur  
non, & siue

diuisionis ex-  
inceps credi-  
etere compel-  
um fuerit.

e velit, ita ei  
nomina, que  
cati conue-  
itramur vel  
em, quam-

creditoris,  
in solidum  
Num

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart, TE263 Serial No. 033